

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

PROCLI

PHILOSOPHI PLATONICI

OPERA.

PROCLI

PHILOSOPHI PLATONICI

OPERA

E CODD. MSS. BIBLIOTH. REG. PARISIENSIS,


TUM PRIMUM EDIDIT,

LECTIONIS VARIETATE, ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

Victor COUSIN,

PROFESSOR PHILOSOPHIÆ IN ACADEMIA PARISIENSI.



TOMUS PRIMUS,

CONTINENS TRIA OPUSCULA

DE LIBERTATE, PROVIDENTIA ET MALO.



PARISIIS,

EXCUDEBAT J.-M. EBERHART.

MDCCCXX.

PROCLI

PHILOSOPHI PLATONICI

OPERA

E CODD. MSS. BIBLIOTH. REG. PARISIENSIS,

TUM PRIMUM EDIDIT,

LECTIONIS VARIETATE,

VERSIONE LATINA, COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

VICTOR COUSIN,

PROFESSOR PHILOSOPHIÆ IN ACADEMIA PARISIENSI.

TOMUS PRIMUS,

CONTINENS TRIA OPUSCULA

DE LIBERTATE, PROVIDENTIA ET MALO.

PARISIIS,

EXCUDEBAT J.-M. EBERHART.

MDCCCXX.

VIRO SUMMÈ VENERANDO

P. C. B. GUEROULT,

OLIM UNIVERSITATIS A CONSILIIS

SCHOLÆQUE NORMALIS PRÆSIDI

DE LITTERIS LATINIS ET PATRIIS

EGREGIÈ MERITO:

PRO

OMNIBUS IN ADOLESCENTIAM MEAM COLLATIS

CURIS AC BENEFICIIS,

GRATI ANIMI PUBLICUM MONUMENTUM

DICO ET OFFERO

EDITOR.

PRÆFATIO GENERALIS.

Lectorem hic brevibus præmonere liceat, me donec ætatis progressu, meditandique et docendi usu mea ipsius philosophia (si qua tamen est quam ego meam dicere ausim) maturescat tacitè et ita crescat, ut prodire in medium et publica judicia tentare queat, opera duo aggressum esse generis historici, viam gravioribus, propriisque meis elucubrationibus apertura, in quibus descriptum contineatur quidquid opinionum ad hunc diem de summis philosophiæ quæstionibus intellectûs humani vis atque industria protulerit. Scilicet illis exigetur operibus Germanicæ philosophiæ à patre Kantio usque ad illum recentem nostratemque, famâ verò et scriptis jam posteritati traditum Schellingium; nec non et Græcæ, præsertimque Alexandrinæ phi-

losophiæ historia. Qui sit et quò spectet Germanicus meus labor, aliàs suoque tempore agetur; at Græco paulisper hìc immorandum necesse est, si quidem in causâ ille mihi fuerit cur ineditos Procli codices in lucem proferendos assumpserim.

Græcam appello hanc philosophiam quæ ex Asiâ superiore profecta, mox in Persidem et Ægyptum allata, ex his cujuslibet humanitatis fontibus per Phœnicas in Græciam permeavit, et postquàm magna vastaque incrementa cœpisset, totumque ferè Occidentem fœcundo profluvio haud semel irrigâsset, dein incumbente veteris, et paulò post ingruente novi dominatûs barbarie, longum defuncta certamen et cursum ingentem emensa, confugit tandem ac se recepit in Christianismum, quo vigente rediviva aliquandiù, mox autem deficiente deficiens paulatim elanguit, emortuaque in arentibus quasi Scholastices desertis extremùm consepulta est.

Verùm hic tàm vastus tamque dispersus Græcæ philosophiæ cursus ipse in tres partes ultrò se dividere ac distribuere videtur. Prima nimirùm à Pythagorâ ad Socratem spectat, altera à Socrate ad Ammonium Saccam Plotinumque, tertia denique à Plotino ad finem scholæ Atheniensis, dispersionemque philosophorum. Quamquidem sic divisam historiam summatim, nec ex philosophicâ ratione quidem, at solùm ex descripto temporum ordine percurramus.

Primâ ætate, Græca philosophia regionibus ab externis advecta, nonnisi sub Ioniæ, Thraciæ, Græciæque majoris cœlo primùm adolevit (1). Ionica autem secta, quæ ferè tota in physicis occupata est, temporibus sequentibus nihil omninò tradidit, præter

(1) De primâ illâ Gr. Phil. ætate, vid. Tiedemann's erste philosophen Griechenland's. Leipz. 1780.

utilia aliquot scientiæ inchoandæ adjumenta, paratioresque ad causarum naturalium explorationem vias (1). Quod autem ad Thraciam attinet, adeò ab eâ divisa primitùs et usque fuit Græcia, ut ne systema quidem illius mythologicum usurpaverit unquam, nec etiam apprimè calluerit (2). Orphicis enim carminibus, nonnulla tùm demùm esse cœpit auctoritas, cùm philosophia Græca, uti se vulgo approbaret et à sacerdotibus tueretur, aut illis quidem adversùs communem Philosophiæ et Paganismi hostem auxiliaretur, veterum temporum monumentis sacrorumque carminum religione dogmata sua fulcire enixa est. Solus extitit Pythagoras cujus

(1) De primis Philosophorum Græcorum decretis physicis. *Frid. Bouterweck* in commentariis Societ. Scient. Gotting.

(2) *Cadmillus* et *Cabiri* Græci nunquàm facti sunt, et vix benè apud Grœcos innotuêre. Vid. J. Schelling, über die Gottheiten von Samothrace. Stuttgardt, 1815.

in suo tempore plurimùm inclaruerint et in posteriora tempora influxerint opiniones. In Pythagorâ enim totus Orpheus et ipse præstereà Plato jam magnâ ex parte continetur (1). Apud eum videlicet aut apud ejus discipulos apparent illæ de *vitâ universâ*, de omnibus *rebus* pro totidem *vivis viribus* assumendis sententiæ, quibus purior et sublimior conficitur *Pantheismus*. Illius quoque esse videtur *theoria idearum* et quodcunque in Platonicâ doctrinâ superius (2). Philosophiæ igitur excelsioris apud Græcos habendus pater Pythagoras. Quonam autem ex fonte suam

(1) Procl. comment. ad Timæum. Πυθαγόρειος ὢν ὁ Τιμαῖος ἕπεται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς, αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδοκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν, ὀργιασθεὶς ἐν Λεϐήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμου τελετὰς μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν σοφίαν Ὀρφεὺς παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύσθη.

(2) Vid. in H. Stephani poësi philosophicâ, versus Xenophanis et Parmenidis, περί φύσεως; de *ideis* autem Bruckerum.

hanc philosophandi rationem ille desumpserit, scire quidem expediat, sed minus pronum. Id unum affirmaverimus Pythagoræ Italici metaphysicas et mathematicas, necnon et physicas Ionici Thaletis (1), Thraciique Orphei Theologicas doctrinas alienigenas esse; cùmque illæ primùm in Græciam appulerunt, ibi novas ac peregrinas visas fuisse. Verùm amotis sepositisque in aliud temporis et loci summis illis historicis quæstionibus, pro rato nobis et statuto sit quidquid harum doctrinarum in Græciâ majore viguit, quidquid apud Ionas, aut Orphicis in carminibus inchoa-

(1) De peregrinationibus Pythagoræ. Vid. Fr. Buddæum, Iena, 1692. Etiam in ejus analectis Hist. Philos.

De peregrin. Thaletis vid. Diog. Laert. pluribus in locis vitæ Thal. præsertim in Epist. Thal. ad Pherecydem. Πλώσαντες δὲ ἐς Ἄιγυπτον, Ὁμιλήσαντες τοῖς ἐκείνῃ ὅσοι ἱρέες τε καὶ ἀςρονόμοι.... infrà : ἡμεῖς δὲ περιχωρέομεν τήν τε Ἑλλάδα, καὶ Ἀσίην. — Edit. Kraus. Lips. 1754, p. 30, lib. 1, cap. 1.

tum, hoc omne primâ Græcæ philosophiæ parte contineri, sed ità tamen ut suprà alias Italica schola emineat, ideòque prima illa ætas proprio ac peculiari *Pythagoreæ ætatis* nomine appellanda haud immeritò videatur.

Socratis tempore, post aliquot errores inventa sibi ipsi tandem ac reperta est Græci ingenii ratio. Non enim jam Italicis in oris, aut Ioniæ Thraciæque sub cœlo tantùm, verùm ipso in Græciæ solo ac maximè Athenis, sponte suâ efflorescere cœpit felicissimus doctrinarum proventus. Socraticâ e scholâ vix dùm surgente statim profectæ sunt quinque illæ scholæ, quarum diversâ ratione nullus non philosophandi modus exprimitur, Platonica nimirùm, Peripatetica, Epicurea, Stoïca et Sceptica (1). Cuilibet enim rerum naturam per-

(1) Socrates quidem ipse Platonem, per Platonem verò Aristotelem, per Antisthenem Stoïcos, per Aristippum Epicureos, per Pyrrhonem Scepti-

scrutanti non ità difficile cognitu erit, quinque tantùm esse essentialiter diversas opiniones, quas inter intellectui humano eligendum. Videlicet aut negandum est quidquam præter vacuas sine re species observatione percipi, aut mente concipi posse, qui est scepticismus; aut admittenda quidem sed tantùm ab externis petenda realitas, ità ut pro universo orbe physicus orbis assumatur, quæ est Epicuri sententia; aut in tuîmetipsius contemplatione humanæque *personalitatis* conscientiâ adeò immoraris, tamque altè in te descendis, ut ad exteriora hinc egredi nequeas et omne reliquum aut esse neges, aut contemnas, quod est Stoïcum dogma; aut etiam, quod fecit Aristoteles, duplicem mentis humanæ et exterioris naturæ existentiam simul intellectu comprehenderis, utriusque leges recognoveris, et ad illos perveneris *totius*

cismum. De Pyrrhone. Vid. God. Ploucquet, Dissert. *de Epochâ Pyrrhonis.* Tubing. 1758.

limites, quos ultrà sciens volensque non transgrediare; aut denique, sicuti Plato, non modò totum orbem omnesque ejus partes complectare, sed etiam ad aliquid hoc ipso superius assurgas, ad illam scilicet unitatem, interiùs reconditam, ideòque vix intellectu attingendam, quâ, velut æternâ causâ substantiâque universus ille, quem spiritualem et materialem mundum vocant, vivit et continetur. Constat his quinque inter se pugnantibus doctrinis, et harum continuâ concertatione, ideòque continuis in diem progressibus secunda Græcæ philosophiæ ætas, usque in primum secundumve à Christo sæculum, donec ex illo tàm diutino colluctantium opinionum certamine, nova tandem aliqua secta exoriatur cui id imprimis destinatum fuit, ut, collatis omnium quæ anteà scholarum doctrinis, unam aliquando scholam, unamque doctrinam conderet.

Quodquidem tertia ætas sibi proposuit.

Sed in hunc concentum diversarum sectarum conficiendum, Epicuri multa et Scepticismum, utpotè quæ cum cæteris neutiquam conciliari possint, eximere et amovere oportuit. Confugit tùm è Græciâ in Italiam Epicureismus qui se dominantium ac servientium moribus facilè accommodavit; neque jam Sceptici quidquam in veteri philosophiâ post Sextum Empiricum. Remanserunt igitur inter se commiscendæ Platonis, Aristotelis, Zenonisque doctrinæ, sed eo tamen pacto, ut præcipuus Platoni locus, et hinc propria etiam sectæ nuncupatio. Nihil autem aliud sunt recentiores Platonici nisi Socratica schola suam ad unitatem revocata; neque commentitiam illam dico unitatem quæ dùm strictioribus tenere se limitibus contendit, boni et pulchri plurimum omittit; sed hanc quæ ex collectâ omnigenarum opum varietate feliciter ordinatâ consistit. Quarè ea est profectò matura perfectaque Græcæ philosophiæ ætas. Illa enim rescissis infe-

rioribus ejus quibusque partibus, id modò servavit, quod apud Socraticos fuerat excellentissimum, nec non Orphicas et Pythagoreas opiniones, ipsaque relegit antiqua Pythagoreæ philosophiæ semina, videlicet quidquid doctrinarum ex Ægypto ac Perside inter Magos Memphiticosque Hierophantes traditione servatum, quidquid ex superiore Asiâ, vel dubiis rumoribus pervagatum; quæ omnia in unum intrà justos vasti Eclectismi limites certâ ratione contraxit (1). Cu-

(1) Quis etiam mediocris eruditionis Lector ignorat tentatos tunc temporis Platonis et Aristotelis consensus? Citat Suidas sept. libros deperditos Porphirii *περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν.* Nec non et Proclus ad Timæum Porphyrium ait *περιπατητικὰς ἀποδόσεις παρεισφέροντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας.* Quis ignorat *τὰς Ὀρφέως καὶ Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος συμφωνίας* Syriani, Procli et aliorum; (vid. Fab. T. 9. Bibl. Gr. ad Syrian. et Procl.) excussa antiqua Ægyptiorum mysteria, (vid. Jambl., edit Gale.) et recollecta

jusquidem scholæ sedes atque domicilium, Alexandrina illa fuit civitas, inter Asiam, Africam, Europamque posita, tanquam ut in eâ, velut universâ quâdam litterarum patriâ ex variis orbis partibus concurrerent omnium gentium linguæ, religiones, mores, doctrinæ, et clarissima virorum ingenia.

Hoc ipso Alexandriæ nomine erigitur et inflammatur animus, dùm sibi effingit qua-

sapientiæ Persicæ et Orientalis oracula sub nomine λόγιων? Asserit autem L. Holstenius, multique antè et post illum, Ammonium Christiana dogmata discipulis sub silentii religione communicasse, *de quibus non vulgandis Herennium, Origenem et Plotinum fidem sibi invicem obstrinxisse ipse Porphyrius testatur. L. Holst. de vitâ et scriptis Porphyrii.* Quod ego nullibi Porphyrium testari video, nec certè quidem in vitâ Plotini ubi tradit Herenn. Orig. et Plot. constituisse inter se dogmata Ammoniana silere, μηδὲν ἐκκαλύπτειν τῶν Ἀμμονίου δογμάτων. Nihil hìc et aliàs uspiàm de Christianismo.

lis, quàm actuosa, quàmque varia in hoc totius terrarum orbis conventiculo vita olim agitata fuerit; dùm sibi cum omnibus sectis confabulari, omnium opinionum colloquia audire, et antiqua evolvere scripta videtur quæ immenso locupletissimæ illius bibliothecæ tanquam in thesauro deposita condebantur; dùm etiam, relicto tam salutari illo hominum ac librorum commercio, placidam peragratur solitudinum illarum amœnitatem, quibus philosophica cingebatur civitas, ibique tradita singularum doctrinarum præcepta tranquillâ meditatione recogitat. Floruerunt autem inter hæc omnia practicæ simul et umbratilis vitæ commoda, aliquot præstantissimo ingenio viri, qui, quidquid assiduâ lucubratione invenerint, alii aliis haud interruptâ hereditate, eadem usque instituta secuti, transmitterent. Hæc fuit scilicet ultima illa Græcæ philosophiæ sectæ, quæ iisdem ferè quibus Christiana religio temporibus nata, tam-

diù magnâ cum laude stetit, quamdiù aliqua super in orbe fuit ingeniorum libertas, quartum verò jam circà sæculum, non mutatâ ratione, sed mutato domicilio, exul ab Alexandriâ Athenas (1) confugit, in ipsa philosophiæ Græcæ incunabula, juxtà Platonis tumulum, quo tandem cum supremis antiquarum litterarum artiumque reliquiis, consepulta jacuit.

His fermè limitibus describetur ista quam olim edendam mihi proposui Græcæ philosophiæ historia. Ac de primâ quidem hujus ætate aliud quàm quod incertâ conjectatione colligi potest, afferre enitar, usus præsertim in hoc collatis nonnullorum doctissimorum virorum auxiliis (2), qui

(1) Vid. Marinum in vitâ Procli. Vid. Isidori vitam à Damascio ad Photium, et Suidam.

(2) Hìc non citare non possum egregios labores Fullebornii : Beytrægen zur Geschichte der Philosophie , de Parmenide , et Xenophane : Guil. Sturzii de Empedocle , Lips. 1805 : Tiedemmanni de eodem im Gottingischen Magazin :

cùm plurimorum philosophorum, quorum solasuper esse nomina primâ fonte credideris, sparsa fragmenta et ipsas, quæ in posteriorum temporum scriptoribus citatæ reperiuntur opiniones accuratè recollexerint, id effecerunt ut antiquissimæ eorum doctrinæ ad integrum quoddam corpus nunc revocari possint. Quâ in re meus haud mihi displicebit labor, si qualis fuerit Pythagorea schola et quo se progressu explicuerit, fecerim perspicuum. Alterâ autem ætate, Platonem Aristotelemque, Stoïcos, Epicureos et Scepticos (1) haud nulli sunt qui

Schleirmacheri de Heraclito. Museum der Alterthumswissensch. Berlin 1808.

(1) Jàm multus de Platone disseruit Tennemannus: Systeme der Platonischen Philosophie. 4 B. — Geschichte der Philosophie. Zweiter B. Sperant autem omnes Philosophiæ antiquæ amici mox fore, cùm confectâ tandem egregiâ illâ et verè Platonicâ Platonis versione, Frid. Schleiermacherus illustrandas, ut promisit, philosophicas doctrinas aggredietur, quibus meditandis

jam rectè noscendos ita dederint, ut de illis strictius breviùsque dicere mihi liceat, et summis tantùm doctrinarum inhærere lineamentis. In Alexandrinâ igitur scholâ mea præcipuè opera versabitur, cœterarumque etiam opinionum compendio id unum

omnis ferè vita ejus impensa est. Nullus verò faustus adhùc exstitit Aristoteli editor aut interpres, textûsve aut doctrinarum explanator. *Pendent opera interrupta* Buhlii. Nunc autem iis succurrere accipio virum doctissimum Brandisium qui jàm de Eleaticis feliciter commentatus est Hafniæ, 1813. *Commentationum Eleaticarum Proleg.* Stoicos de quibus tantoperè jàm meritus erat Gatakerus, singulatim longèque altiùs mihi noscendos dedit docta viri amicissimi Faurieli familiaritas, qui investigata à se, necdùm in lucem edita de Stoicorum catenâ documenta amplissima mihi ultrò commodavit. Epicureos verò illustrandos, adhortante me, et quantùm licet, adjuvante, suscepit unus è disciplinâ nostrâ optimæ spei juvenis Rinnius, cujus curæ planè confido. De Scepticis vid. notas Fabricii ad Sext. Empyricum.

verè fiet ut tertiæ illius ætatis historiæ præludatur, quæ in hunc diem neglecta vix innotuit, totius verò antiquitatis philosophicæ doctrinas atque ingenia in se exprimit, quæque, si meam ego sententiam liberè profitear, exceptâ, quod tanti quidem est, methodo, nostram hanc recentiorem philosophiam doctrinarum amplitudine atque altitudine longè exsuperat. Nullus tamen dubito illud quondam tempus affore, quo purior ideòque excelsior quàm apud Alexandrinos, omni symbolico apparatu superstitionisque velamine tandem expedita apud nos, philosophica ratio existat; sed fateri invitus cogor hactenùs à proposito illo philosophandi fine Europæas doctrinas, hinc à sensualismo, illinc ab idealismo longiùs remotas mihi videri; quò ut perveniant Alexandriam invisisse forsàn illis profuerit.

Ita nempè ordinato gravissimi hujus operis consilio, orta est mihi necessitas Græcos nondùm editos codices evol-

vendi detergendique. Fingite enim vobis omnes inter sectæ illius quæ per quinque fermè sæcula duravit, philosophos unum extitisse, qui et propriâ ingenii laude, et eo ipso quo vixerit tempore, gravissimi suprà cœteros momenti sit, eumque tamen nostrarum bibliothecarum in pulvere semisepultum adhùc jacere, nonne id mihi primùm operæ esse debuit, ut eum ex hoc veluti sepulchro extraherem, lucique redderem? Atqui hic ille Proclus meus est.

Qui vitam Procli planè cognitam voluerint, à Marino (1) discipulo percunctentur. Hìc tantùm pauca enuntiabimus quæ callidè legenti satis intelligantur. Natus est Proclus Lyciæ, circà quindringentesimum duodecimumque annum, tempore quo Constantinopolis (2) jam floreret,

(1) Marini vit. Procl. edente Fabr. Hamb. 1700. recentiùs autem doctissimo Boissonnado, Lips. 1814.

(2) Vid. verba et quasi allegoriam Marini.

continuoque cum Armeniâ et Perside commercio uteretur. Eruditus primùm Alexandriæ ubi vigebat etiamnùm Iamblici fama, contulit se deindè Athenas sub Syrianum magistrum (1), cui tantum apud philosophos sequentis ætatis nomen ob perfectissimam Aristotelicæ et Platonicæ philosophiæ notitiam, cujus insigne reliquit monumentum, luculentissimas scilicet de Aristotelis metaphysicis annotationes (2). Perfecto studiorum curriculo, jamque maturâ ætate, Asiam Proclus, ut antè Pythagoras,

(1) Vid. Procl. Libell. ad Theod.—Theolog. Plat. et aliàs. Vid. quoque Damascium ad vit. Isidori.

(2) Syriani, in 2, 12, 13. Aristotelis libros metaphysicos commentarius à Hieronimo Bagolino, latinitate donatus. In Acad. Venetâ, 1558. Græcus codex nondùm est in lucem editus, quamvis plurimus in Bibliot. Italicis et Gallicis reperiatur. Vid. Fabr. Bibliot. Græc. T. 9, Edit. Harl. Monitum verò me facit Doct[r]. Brandisius se editurum tandem et juncturum Aristoteli Syrianum. Dignum erat sanè viro Platonico, cùm de Platonis adversario tantoperè mereretur, ipsius patrono ac defensori non deesse.

Plato et Plotinus, perlustravit. Redux autem in Europam, cùm exulem undiquè philosophiam, clausaque Romæ et Alexandriæ gymnasia reperisset, Athenas se recepit, ad ipsum Græcarum artium tanquam sacrarium, cui suus adhùc honor et reverentia, ibique Syriano successit, ideòque Διαδόχου cognomen ei fuit inditum, ut putant Fabricius (1), et Conradus Gessnerus (2), in præfatione ad latinam illam haud satis dignâ famâ cognitam versionem quorumdam fragmentorum commentarii celeberrimi quem noster de Platonicâ Republicâ scripsit. Sed mirum hoc Διαδόχου nomine insignitum fuisse Proclum, Syriani successorem, nec verò Syrianum ipsum Plutarchi successorem, aut quemlibet alium

(1) Vid. Fabr. Bibl. Græc. T. 9. P. 363. Edit. Harl.

(2) Apologiæ quædam pro Homero in arte poeticâ, Fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis Procli Lycii Diadochi, Tiguri, 1742.

quem aliquis certè in Atheniensi cathedrâ antecesserit. Imò, cùm in plurimis codicibus (1), ipsâque theologiæ Platonicæ ab Æmilio Porto editione huic verbo Διαδόχου adscriptum legatur Πλατωνικοῦ, fortè probabiliùs est hunc honorificum titulum Proclo singulariter fuisse addictum, utpotè ei qui maximè omnium sinceram incorruptamque Platonicæ doctrinæ traditionem in Gymnasio Atheniensi servaverit. Sed his inquirendis alibi locus : id tantùm de Procli vitâ hìc addetur, scilicet ab eo conditam fuisse Athenis novam quamdam scholam quâ dehinc philosophia Græca aliquandiù stetit. A Proclo enim in hæreditatem disciplinæ informatus est Marinus, et Ammonius Hermiæ filius, nec non et

(1) Plurimos citare possim ; hic verò tantùm citabo mihi nunc obvios è Bibliothecâ Parisiensi, cod. 1837. è Biblioth. Monacensi, cod. 425. cod. 98. cod. 307. cod. 11. Vid. *Commentarios Philologicos*.

Isidorus celeberrimæ illius et miserrimæ Hypathiæ conjux, quorum discipuli fuerunt et amici, Damascius, Olympiodorus, Hierocles ac Simplicius, omnes pariter ingenio, virtute atque infortuniis (1) illustres, qui secum ipsi antiquitatis decus et libertatem rationis humanæ contumulaverunt, ultimi philosophorum et Græcorum ultimi.

Novissimæ igitur apud Græcos scholæ princeps fuit Proclus, à quo quidquid ipsum secuti philosophi ediderunt, comparatum et antè conditum esse mihi quondàm demonstrabitur. Haud enim credas Proclum Stoïcum minùs et Peripateticum extitisse quàm ipsum Simplicium. Zenonem enim et Aristotelem quoque in se habet (2), quamvis in eo Plato præcipuus. Imò si Sim-

(1) Vid. Agathiam apud Suid. ad verba πρέσβεις, Suidam verò ad Ἱεροκλῆς, et ad plura alia.

(2) Vid. Lib. ad Theodorum, ubi multa Aristotelis, plura autem Zenonis.

plicium excipias, qui de Epicteto Aristotelisque physicis commentaria scripsit à Procli institutis ac philosophandi ratione paulisper quidem recedentia, omnes reliqui, nempè Pythagoreus, Hierocles, Olympiodorus, Damascius Isidori amicus, Isidorus ipse et Ammonius, Procli vestigiis institerunt, nullusque inter eos reperitur qui tàm multa ac de tàm multis scripserit, eâque eximiâ doctrinarum omnium varietate commendetur, quâ clarissima virorum plurimorum ingenia in se uno Proclus contrahere videtur. In mathematicis enim et astronomicis egregius, necnon et optimus, ut tunc dicebatur, grammaticus (1), religiones omnes ità mente comprehenderat, tàmque pari reverentiâ colebat, ut totius quasi orbis sacerdos, nullius non sacri antistes

(1) Vid. apud Fabr. T. 9. Edit. Harl. quot opera seu deperdita, seu feliciter servata, de istis omnibus scripserit Proclus.

haberetur (1); nec id certè mirum in eo viro cui tàm alta tàmque intima rerum naturæ atque hominis scientia. Quæ singula miro quodam consensu in Proclo ità coaluerunt, ut nihil prorsùs sit in quo ullus eorum qui eum secuti sunt, ei sit æquiparandus.

Quemadmodùm autem scholæ Atheniensis, omnisque posterioris Philosophiæ princeps existit Proclus, ità et omnem anteriorem in eo recollectam inveniri, eumque pro unico totius Græcorum philosophiæ interprete haberi posse affirmaverim. Etenim, quamvis inter se quidem differant Alexandrini et proprio cujusque ingenio, et diversis quæ unicuique tractandæ placuerint philosophiæ partibus, aliqua tamen cunctis cognatio similitudine earum doctrinarum quibus scilicet constat

(1) Τοῦ ὅλου κόσμου Ιεροφάντην. Vid. Mar. ad vitam Procl., edente seu Fabr. seu Boissonnad.

scholæ unitas à Plotino ad Proclum usque et ultrà perdurantibus. Quodquidem cum plures haud latuerit diligentes philosophiæ illius ætatis scriptores (1), hìc pro comperto ponemus, statimque statuimus, nihil magni ab Iamblico, Porphyrio Plotinoque fuisse excogitatum, sive in ethicis, sive in metaphysicis, sive in physicis quod apud Proclum nitidiùs et ordinatiùs expressum non occurrat. Alexandrina autem secta nihil aliud est nisi Socratica, cujus diversitates ad unitatem revocatæ sint; nec non et ipsos Socraticos primæ ætatis philosophis, theologis, vatibus ac maximè Pythagoræ plurimùm debere suprà jam diximus; undè fit ut tripartita illa Græcæ philosophiæ

(1) Præter Bruckerum et Cudworthium, vid. Fullebornii Beitrægen zur Geschichte der philosophie. 3 St. — Tennemannii Geschichte der philosophie. B. 6. 1807. Tiedemannii Geist der speculative philosophie. B. 3.

ratio ad unam quamdam reducenda sit philosophiam, quæ eadem semper, naturali ac certo progressu sese auget atque explicat, provehiturque per tres gradus connexione aliquâ hærentes, quorum tertio secundus, secundoque primus contineatur, adeò ut, ille vir qui sæculorum lapsu ad philosophiæ illius sese paulatim evolventis finem, hoc est in summo tertiæ ætatis velut apice positus sit, is quidem cuncta priorum temporum incrementa in se uno complexus, pro singulis universæ Græciæ sectis unus quidam adsit omninò philosophus Græcus. Talem autem virum Proclum dicimus, in quo coire ac fusis, nec promiscuis tamen radiis effulgere mihi videntur, quæcunque variis temporibus Græciam illustraverunt philosophicorum ingeniorum lumina, Orpheus videlicet et Pythagoras, Plato, Aristoteles Zenoque,

Plotinus, Porphyrius atque Iamblichus (1.)

Atquidem de Proclo hùc usque nos egimus, tanquàm de viro amplissimi ingenii, qui cùm in postrema Græcæ philosophiæ tempora incidisset, omnes ejus opes, congestosque priorum ætatum labores in se uno recollexit. Sed aliud quiddam est quo Proclus Græcos inter philosophos imprimis eminet, scilicet illud methodi artificium, quo transmissam ad se doctrinarum hæreditatem novâ formâ induit et ad illam, quæ verè *scientiam* decet, normam severiorem exegit.

(1) Quòd Plotinum, Porphyrium atque Iamblichum Alexandrinos Alexandrinus in se quasi referat, quòdque Zenonem, Aristotelem atque Platonem eclecticus in suam philosophiam contraxerit, mirum non certè videbitur. Quod autem ad Pythagoram et Orpheum attinet, scripserat ipse librum nnnc deperditum Proclus, qui ostendebat harmoniam utriusque cum Platone, quem ipse tàm vividè exprimebat. Vid. Suidam, Edit. Kust. T. 3. P. 185, ad verb. Πρόκλος ὁ Λύκ. Vid. quoque Fab. Bibl. Gr. T. 9. P. 429, Ed. Harl.

Alia enim scientia, alia veritas. Veritas scientiâ non semper nititur, sæpiùsque obscuro intuitu, aut casu felici, subitove afflatu imprudenti fertur obvia, dùm eadem operosos nonnunquam inquirentis labores effugit. Quin et ferè nullæ sunt veritates alicujus ponderis, quæ non jàm cognitæ perspectæque sint; ac pauca in his inventione super extundenda. Antecessit enim philosophiam sensus hominum communis, sed non ità tamen, ut philosophiæ suam laudem præriperet, quæ in eo tota est, ut veritatem sui quasi juris faciat, accuratè perpendendo, concoquendo atque augendo quidquid menti obvium atque spontaneum primitùs occurrit. Veritas rerum ipsarum est, scientia autem hominis. Hanc reperimus, illam contrà libero partu gignimus; scientiaque eò purior, rectior et sublimior est, quò magis id quod natura humana immediatè et simplici intuitu vulgò per obscurum detegit, meditatione philoso-

phicâ dilucidatur atque amplificatur (1).

Naturali intelligentiæ instinctu patefactæ sunt in Oriente quædam veritates, graves et excelsæ, quarum ea primùm forma fuit vulgaris, ad sensus magis quàm ad mentem accommodata, cuncta figuris velisque involvens; symbolicam dico formam, quam equidem de industriâ excogitatam fuisse, sive ad docendum, sive ad decipiendum vulgus non crediderim (sinceriùs enim, aut si mavis, non tam solerter primùm se exerit humanus intellectus); sed contrà natam ultrò atque profectam ab incertâ nascentis philosophiæ titubatione, quæ verum quidem intellectuali instinctu dignosceret, sed modò per imagines atque simulachra

(1) Liceat avocare lectorem ad fragmentum aliquod eo titulo Gallico : Du clair et de l'obscur dans les connoissances humaines, ou de la spontanéité et de la réflexion. Archives philosophiques; janvier 1818. Quod fragmentum Germanicè translatum nunc prodit in lucem Argentorati, apud Levrault.

rerum externarum quibus adhùc caligabat. Constanti quàdam ac velut immobili populorum religione sacræ apud Orientem illæ fabulæ, tùm demùm materiali velo paulùm expediri cœperunt, purioremque ad formam adduci, cùm in illam Græciam permearunt, quæ ab Oriente litteras suas, artes, philosophiam, omnia denique desumpsit, omniaque ad perfectionem refinxit. Tantùm enim ab Oriente Græcia, differre mihi videtur, quantùm ab instinctu naturali meditatio. Namque omnia invenit quidem Oriens, quidquid verò in Oriente inventum, ipso in invento constitit; dùm contrà, quidquid Græcia imitatrix accersivit extrinsecùs, id meditando auxit promovitque. Orientales doctrinæ spontaneo simplicique mentis intuitu genitæ, argumentorum apparatu non indigent, plenam suî fidem credentibus statim faciunt, animumque inducunt in contemplationem quamdam et extasim, quâ velut

omnis immersus conquiescit. Græcæ verò opiniones, conceptus ingenii cùm sint, fidem, sed dubitationem quoque admittunt, assiduâque cogitatione elaboratæ, et continuo motu augescentes, ad summa quidem scientiæ fastigia usque nituntur, at nonnunquàm in disputationum argutias et in sophismata revolvuntur.

Quocircà tribus illis ætatibus quibus Philosophiæ Græcæ historiam prædivisimus, multò magis methodi quam doctrinarum vices atque progressus continentur, cùm ipsæ quibusdam constent *principiis* quæ eadem ferè sunt in Pythagorâ, in Platone et in Alexandrinorum ultimis; dùm contrà usque mutatur methodus, mutato temporum et Græcorum ingeniorum colore.

Primâ quidem ætate, ultrà symbolicarum formarum apparatum, Orientalesque μύθους philosophia vix progreditur. Orsa ab Oriente, Pythagorea secta hùc suam refert indolem undè originem traxit;

pro rationibus symbola, pro sermonibus carmina adhibet, et vatinicatur magis quàm philosophatur. In alterâ autem ætate, ingeniis jam exercitatioribus et acrioribus ad cogitandum, Græcia Orientem invisit adhùc et interrrogat, non autem famulatoriè et servilem in modum imitatur, et quid veri reipsâ lateat sub Orientalibus involucris scrutari incipit et ad meliorem formam revocare. Nascitur hìc tandem severius cogitandi scribendique genus. Quæso tamen animadvertas Platonem, si carmina jàm non scribit, didactico sermone nondùm uti; non hymnos quidem, sed dialogos adhùc condere, quæ certè, licet acceptior sit et gratior forma dicendi, non ità apta est exponendis doctrinis philosophicis. Singulis mirus quidem nitor et concinnitas, at in toto plus majestatis quàm perspicuitatis; et semper nescio quis spiritus poëticus qui primam ætatem et Orientem usque refert. Primus extitit Aristoteles, qui

è philosophiâ mythos, symbola, poësim, cuncta Orientis vestigia deleverit, *scientiamque* ad hanc puriorem et austeriorem formam promoverit, nobis recentioribus suprà omnia æstimandam (1). Verùm id non satis animadversum et intellectum est Aristotelem, cùm non metaphoras modò et symbola, sed et ipsam omnem Platonicæ philosophiæ superiorem partem rescidisset, sic quod difficillimum erat declinâsse, quodque optabile et laudabile magis fuerat, haud quaquam attigisse. Quæ enim philo-

(1) *Οὐ μὴν οὐδὲ μύθοις, οὐδὲ συμβολικοῖς αἰνίγμασιν, ὡς τῶν πρὸ αὐτοῦ τινὲς, Ἀριστοτέλης ἐχρήσατο.* Simplic. ad Aristot. Categorias. Cap. 1. P. 2. Edit. Basil. J. Velsii. 1551. apud Isingrinium. Cujus operis versiones latinas meminit Fab. quas ipse fatetur non tractasse manibus, et ego nunquàm mihi parare potui. Exstat certè nondùm edita versio latina Guilelmi Morbekæ quam proferre in lucem, collatis aliis, si quæ sunt, deberet aliquis Aristotelicæ philosophiæ et litterarum Græcarum peritus et amans. Quod attinet ad versionem lat. G. Morbekæ, vid. Jac. Echardum de script. ord. prædic. T. 1. P. 390.

sophiæ pars *transcendentalis* nomine dicitur, ea methodo operosiùs subigenda est, quippèquæ suprà sensus et omnem dialecticam posita sit. In eâ verò Plato immoratus, cùm indè ratiocinii artificia omnia despiceret, plùs æquo methodum et strictum exponendi scribendique modum dedignatus est. Rursùs autem methodi severioris custos rigidus Aristoteles, quidquid methodo rebellaret, omisit. Quod tanta non potuere ingenia, ab illorum successoribus ne speraveris. Nihil de primis Stoïcorum superest. Cleanthes odam modò unam reliquit, nec Chrisippo ita difficilè fuit dialecticæ præcepta severiori stylo exigere. Expeditior etiam Epicuro res erat, neque quo pacto perfecerit, judicare pronum ex aliquot libri ejus de naturâ rerum fragmentis quæ nuper Herculani reperta sunt (1). Pyrrhonis

(1) Vid. Hercul. Monum. T. 2. vel potiùs libellum Orellii Turicensis, qui è collect. Hercul. selegit opus Epicuri, singulatimque edidit cum notis Rosinii, additisque suis. Lipsiæ, 1818.

cuncta periêre. Sed ipse Scepticismus haud majori negotio quàm Empirismus intrà strictos exactioris methodi limites cohibendus. Versatur omnis difficultas et labor in ordinandis et concinnandis amplissimis illis atque excelsissimis speculationibus, ad quas pertinere methodi nostræ haud videntur, quæ tamen omissæ non abolentur, quæque licet repudiatæ à præposterâ sapientiâ tegente inopiam ostentatione diligentiæ, nihilominùs philosophantibus usque obversantur, vanaque opinionum commenta et fictitiam concinnitatem redarguunt, et quidquid à nobis vel laboriosissimè, vel elegantissimè structum fuerit, damnaturæ semper et eversuræ sunt, donec suus iis locus intrà auctiora atque ampliora systemata tandem adscribatur.

Tertia ætas quæ Græcarum omnium doctrinarum varietates in unum componere aggressa est, in hunc salebrosum conciliandæ cum transcendentali philosophiâ methodi

laborem incidit; quodquidem nonnisi longis continuisque conatibus vix ac ne vix quidem, et modò ad illius ætatis finem ultimùm evictum est, nec tàm ab Alexandrinis quàm à scholâ Atheniensi, cujus princeps noster Proclus. Id tamen, ne quid veri omittam, profitebor, si temporum ordinem exigas, Syriano, non Proclo, hanc laudem contigisse. Quarè graviter dolendum est, quod Syrianus ad nos non omnis pervenerit, quippè qui de Procli gloriâ nonnihil jure suo sibi vindicaret, postremæque Græcorum sectæ conditor meritò forsàn haberetur. At magistri famam discipuli fama vicit ac superavit, tantusque extitit Proclus, ut velut ipse Homerus, eorum quicumque eum antecesserint nomina nomine suo obscuraverit, omniumque merita atque laudes in se unum traxerit. Utrivis autem opinioni assentiamus, sive ipsius opera, sive, quod aliis placitum, dictata ab ore Syriani,

Proclus modò in lucem ediderit (1), nihilominùs constabit alterutrum principem fuisse cujusdam sectæ, quæ nisi doctrinæ ipsâ ratione, at saltem formâ nova est. Tertia enim ætas et *Eclectismus* in duo momenta gradusve dividitur. Scilicet, cùm naturâ res ità comparatæ sint, ut cuncta certo egeant progressu, Eclectismum per sæculi haud unius lapsum ad eam quæ maximè pura atque sincera esset, formam progredi necesse fuit. Tantum enim, tantæque molis erat illud Græcæ omnis philosophiæ in unum corpus revocandæ consilium, ut illi inchoando vix par fuerit Ammonius Saccas, traditamque discipulorum

(1) Vid. Fab. Bib. Gr. T. 9. P. 358. Ad Syrianum. Vid. quoque Marinum in vitâ Procl. et ipsum pluribus in locis Proclum qui in suo ad Timæum Commentario meminit, ut rectè animadvertit Fabr., duo opera Syriani, alterum ad ipsum eumdem Timæum Platonis, alterum de consensu Orphei, Pythagoræ, Zoroastris et Platonis, de quo et Proclus ipse scripsisse fertur.

auribus novitatem monumentis consecrare ipse non potuerit. Quin et magistri dogmata condere silentio inter se constituerant tres optimi ejus discipuli; ac tùm demùm, cùm Herennius et Origenes obtegenda magistri dogmata patefecissent, palàm quoque, ad secundi sæculi finem, Neoplatonismum profiteri cœpit Plotinus, præceptor tamen, non scriptor. Illius autem quæ scripta supersunt, quædam erant responsa iis quæ ab audientibus objiciebantur, nec ab ipso quidem vulgata, sed à Porphyrio qui defuncti codices collegit atque ordinavit (1). Quarè in Plotino tantùm requirenda sunt admiranda quædam fragmenta, summaque philosophiæ principia. Eminet præcipuè in eo Platonica quædam sublimitas, visque paulò se liberiùs efferens, necdùm certo tramite et justos intrà limites ritè pro-

(1) Vid. de his omnibus Porphyrium in vitâ Plotini, præfixâ Plotini operibus. Basileæ, 1580.

cedens (1). Qui Plotino subiit Porphyrius nonnulla quidem reliquit opera ubi mira elucet sagacitas et quoddam ingenii acumen difficillimis quibusque planè et perspicuè explicandis aptissimum; sed plus tamen laudis in dictione quàm in methodo. Iamblicum verò sermone gravem, cunc-

(1) Non quòd ego negem ità scriptas esse Enneadas, ut cognoscendo Platoni plurimùm conferant. Graviùs enim mihi succenseret vir doctissimus studiisque nostris faventissimus Creuzerus qui de Plotino suo, in Epistolâ ad Dan. Wittenbachium, adscriptâ libro Plotini de pulchritudine : *Quæ à Platone quæstiones sæpiusculè circumaguntur per orbem plurium dialogorum, aut certè unius, eas Plotinus ferè revocat ex istis sermonum diverticulis meatuque et anfractibus, ac dispositas ordine, unique brevique, ut plurimùm, libro inclusas collocat antè oculos lectoris, ut is quid primum, medium, infimum sit, faciliùs assequatur.* Plotini liber de pulchritudine Epist. ad D. Wittenb., p. 41, Heidelberg. 1814.

taque firmè et tranquillè tanquam ex alto intuentem, antistitem quemdam dixeris divino spiritu afflatum, cui id imprimis propositum fuisse videtur, ut antiquorum philosophorum laudem et arcanas Ægyptiorum disciplinas Pythagoreaque præcepta suâ in luce restitueret. Sed præterquàm quòd alienis magis quàm suis opinionibus philosophatur, nec satis in physicis versatus est, graviùs ille quidem à Peripateticis abhorrebat quàm qui severiori eorum methodo se adstringeret. Primus nempè Proclus fuit qui, (nisi mihi illudat, mentique imponat præposterus ille favor, quo propositum sibi scriptorem vulgò prosequuntur commentatores), sentiendi sublimitatem severitate ordinandi temperaverit, et quasi è nube extraxerit Platonicas illas sententias, naturâ quidem arcanas ac paulò obscuriores, utpotè quæ nobis intimæ sint atque immediatæ, easque more Peri-

patetico expressas tandem ostenderit (1). Illa autem Platonis et Aristotelis, et si ità loqui fas est, ideæ et formæ concordia, propriâ notâ et laude peculiari Proclum et ferè omnes ab eo signat Athenienses philosophos; quæ quanti momenti in philosophiâ sit, olim demonstrare aggrediar: quam quidem nec omnibus numeris absolvit noster, nec absolvere potuit, sed quantùm tempus sinebat, ex omnibus antiquis faustissimè instituit, et sæculis recentiori-

(1) Dissentit omninò à me quidem vir eruditissimus Bruckerus qui Tom. 2 Historiæ Philos. P. 326, ait: *rudem sæpè indigestamque molem in scriptis Procli deprehendi, totiesque regnare confusionem materiarum malè cohærentium, temerèque effusarum.* Id verò parùm mirum videtur ab eo homine qui Philosophiam Alexandrinam appellat *sentina et cento versicolor*, eod. Tom. P. 325; et Proclum magis allatrat quàm noscendum et intelligendum facit. Tales hùc usque historicos habuêre Alexandrini.

bus imitandam tradidit et perficiendam.

Ista verò Philosophandi ratio ità Proclo propria et quasi insita erat, ut omnes alias ejus dotes imbuat, seque in eis viva repræsentet, in stylo videlicet et dictione quæ Proclum, qualis est omninò refert et exprimit. Illa enim simplex et mascula, penèque rigida, pro succis nervos, pro ornamentis ordinem adhibet, lucemque, sed eam tamen quæ se modò paulatim aperit afflaturque diutiùs intuentibus; quod scribendi genus, si non oratori et poetæ, at saltem philosopho planè convenit. Illud autem si contuleris cum Plotini et Iamblici stylo, (Plato enim suprà omnem comparationem positus) minùs splendidum et sublime quidem videbitur; si cum Porphyrii, non ità tenue et subtile, at æquè purum et liquidum, et ex altiore fonte petitum: Denique Syriani Simpliciique sermone vigentius et excelsius, hoc quidem Aristotelis concedit, quòd in Proclo concinniores quædam ora-

tionis veneres desiderentur, non tam scriptoris quàm ætatis vitio in quâ flos ille Græcarum litterarum penè omnis emarcuerat.

Verùm alio quoque nomine insignem in historiâ Græcæ Philosophiæ locum Proclus obtinet, qui et ipse post Celsum, Porphyriumque et alios, labefactatum Paganisnum adversùs Christianos supremùm propugnaverit. Neminem enim fugit conscriptum fuisse ab eo pro mundi æternitate adversùs Christianum dogma librum, duodeviginti constantem argumentis (1), deperditum unà cum libris Celsi et Porphyrii, (namque tempus cum victoribus consentiens et quasi conspirans, cuncta victorum monumenta delevit) sed penè totum adhùc extantem apud Joannem Philoponum qui Proclum refutare aggressus est (2).

(1) Vid. Suid. Edit. Kuster. T. 3. P. 185. ad verb. Πρόκλος ὁ Λύκ.

(2) Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, τοῦ Φιλοπόνου κατὰ Πρόκλου περὶ αἰδιότητος κόσμου. Græcè à

Non hìc locus tempusque de gravissimâ illâ quæstione an mundus creatus aut æternus sit, disserendi; at spero promittoque me aliàs olim demonstraturum quàm falsò Platonici accusati fuerint rejicere mundi creationem, eò quod æternitatem admitterent; quasi verò illi, dùm mundum ad causam revocarent, hìncque mundum creatum haberent; causam illius æternam, et creantem ab æterno, et illinc mundum æternum ponere non jure meritòque potuerint. Imò et suprà mundum, suprà illius causam, et extrà omnem γένεσιν motumque, illud immobile et imparticipabile (1) *Unum* ità

Vict. Trincavelo. Venetis, 1535. Latinè à J. Mahotio, Lugd. 1557. Alteram versionem latinam Gasparis Marcelli memorat Labbeus, et Fabr. Venetis, 1551. Vid. de Philoponi opere quid sentiat Simplicius, ad Physica Aristotel. p. 266, etc. Edit. Aldinæ, et ad primum librum de cœlo. p. 269, etc. Ejusd. Edit.

(1) Vid. omnes Alexandrinos, præcipuè autem Plotinum de *uno et bono*. Ennead. 6, lib. 9. Proclum, Theolog. Plat. l. 2 et 3. — Institutiones theo-

constituebant, ut non creata modò, sed et ipsam vim creatricem excederet τὸ Unum, substantia scilicet, quæ causa quidem est, sed nondùm in actum delapsa, et adhùc in potentiâ immanens, sicque omnes actus suos, et omnes actuum suorum effectus mundanos exsuperans (1). At ea altiora et obscuriora quàm quæ paucis hìc explicentur : idque lectorem modò hìc velim monitum Christianos systema illud Alexandrinum de uno, causâ, et mundo altiùs

logic., cap. 2, 3, 4, 5. Nec non et commentarium hactenùs ineditum de Platonis Parmenide, ubi potissimùm de uno, causâ mundoque agitur.

(1) Ait Newtonius : *Deus essendo semper et ubiquè constituit spatium et tempus* (quæ sunt mundi formæ), creationem simul et æternitatem mundi admittens. Idem et alibi profitetur *Dominium nullum esse sine subjectis.* Epist. Newt. ad Leibn. Quod rectè cùm animadvertisset vir Anglus et in omni re mundanâ excellentissimus, Aristotelique propior quàm Platoni, unum illud ineffabile omisit, Deoque vivo, agente et demisso in hunc orbem contentus, essentiam ejus supernaturalem, arcanamque substantiam, et altiora theologiæ et metaphysices

conditum cùm haud satis apprimè callerent, nec omni ex parte complecterentur, distractum discerptumque in proprios nonnunquàm auctores convertisse. Nempè, ut alia taceam, illam de *uno*, tanquàm primo principio, theoriam contrà mundi æternitatem, aut Dualismum adhibuerunt, Manetemque Plotino, et Proclum ipso Proclo refellerunt (1); quæ omnia, et alia graviora ac minus cognita demonstraturum promitto in historiâ meâ Alexandrinismi, his-

haud scrutatus est. Leibnitzius autem Germanus et Platonicus, ad unum se facilius quidem erexit, non autem vidit, uno in multitudinem delapso, substantiâque versâ in causam, causæ coævos effectus esse, tempusque et spatium, quandoquidem sunt formæ mundanæ, Deo esse coæterna, Deo vivo quidem, mundi effectori, gubernatori, regique visibili, non illi abscondito, inintelligibili, ineffabili; uni scilicet absoluto.

(1) Saniora argumenta quibus mundi æternitas falsò apud Joannem Philoponum impugnatur, ex ipso Proclo eliciuntur. Vid. Institut. Theol. et librum in hoc volumine tùm primùm editum *de mali subsistentiâ*.

torico more, non theologico, nec detractator nec fautor iniquus, monumentis usque et probatissimis inhœrens, et huic uni intentus, ut res, quales fuerint, discernam et referam.

Nunc tandem descriptis et recensitis omnibus quibus Proclus commendatur nominibus, lector facilè disjudicabit an illum edendum et illustrandum meritò mihi assumpserim. Primùm quidem hìc agnosco me tanto operi haud satis instructum paratumque accedere; et quanquàm Græcas litteras adolescens non ità infaustè auspicatus, relicta aliquandiù studia novo ardore rursùs adierim, meque Græcis scriptoribus pervolvendis, quò Græcam philosophiam ediscerem, penè totum dederim, difficillimis tamen codicibus tum primùm edendis et explanandis imparem sentio et fateor. At erit pro excusatione necessitas. Necesse enim fuit nondùm editos Procli codices scrutari et perlegere ad eruendas

recognoscendasque philosophi illius opiniones, quo neglecto universa quam mihi tractandam proposui philosophorum Alexandrinorum historia omittenda erat. Necesse indè fuit codices illos manu exarare; nondùm autem in lucem editos hinc indè citando excerpere nolebam, neu aliquas tantùm auctoris sententias, omissis aliis, ex industrià promere viderer, præposterus rerum æstimator. Rursùs commodiùs cùm videretur, si sub manum typis rectè expressos haberem qui usquè mihi pertractandi et versandi sunt libri, necnon adhortarentur plurimi viri quos pro magistris et ducibus in litteris Græcis habeo, accenderentque discipuli Alexandrinæ philosophiæ cupidissimi, tandem superato omni metu fastidioque, rem strenuè sum aggressus.

Imò verò, ne me satis excusatum omnes habeant, sciant me priusquàm tantam capescerem provinciam, nihil intentatum reliquisse, quò peritior alter Proclo interpres accederet.

accederet. Meminit nempè aut meminisse debet doctissimus idemque amicissimus Creuzerus, quo studio præsens verbis et epistolis absens, eum hortatus fuerim ut Proclum è tenebris extraheret, hocque mihi et instanti pariter communi utriusque amico Hegelio (1) condonaret, qui et ipse cum

(1) Hæc memoranti ultrò et jucundissimè recurrunt felices illi quos egi dies et dulce quo sum perfunctus otium Heydelbergæ, semel iterùmque, repetito bis itinere, docta inter colloquia Hegelii, Creuzeri, Daubii, et Fred. Schlosseri, virorum ut ingenio, ità animo præstantium, mihique summâ pietate usque colendorum pro omnibus quibus me juvenem, ignotum, remotum à patriâ, infirmâ valetudine, acrique discendi cupiditate laborantem, maximâ comitate, omni officiorum genere, quoque magis indigebam, doctrinis per longam vitam collectis exceperunt atque refoverunt. Hìc quidquid virorum eximiorum totâ Germaniâ locisque diversissimis mihi priùs occurrerat, quasi recollectum et præsens rursùs inveni. Nempè Monacenses Jacobium et Schellingium Hegelius, Berolinensem Schleiermacherum, et Rhenanum Gorresium Creuzerus, Gottingensemque Heerenium, Fred. Schlosserus referebant. Nullum

Proclo nostro tantam similitudinem refert. Promisit quidem se nobis obsecuturum vir optimus; verùm tot et tantos labores suscepit ut, antequàm Proclum aggredi possit, multùm interesse temporis oporteat. Totus enim est in Plotino suo Creuzerus, patremque illum philosophiæ Alexandrinæ rursus à Ficino proferre destinat variis lectionibus, notis et dissertationibus auctum et locupletatum, quas dudùm longoque labore collegit et composuit.

Audiebam autem omnes alios qui jàm de Philosophiâ antiquâ benè meriti sunt, Astium scilicet, Angel. Maium, nostrumque Schweighaüserum, aliis gravibus inceptis detineri; Tennemannum in continuandâ Philosophiæ historiâ; in vertendo Platone

autem Daubio in Theologiâ candore simul et robore mentis sermonisque similem unquam videram. Hoc memoris animi pignus, quantulumcumque est, accipiant viri optimi, donec pro illis et pro Germaniâ majora audeam.

Schleiermacherum, in collegendis Aristotelis codicibus Brandisium, necnon et Taylorum in edendo rursùs et Anglicè vertendo Procli in Timæum Platonicum commentario, occupari. Ipse verò inter doctos vir tanti nominis Boissonnadus, quùm vitam Procli nuper edidit, se, quæcumque nobis è Procli commentariis de Cratylo extarent, promisit editurum; et ità mihi et omnibus Græcæ Philosophiæ amicis congratulor quod illi saltem Procli codices dignas in manus inciderint. Utinàm et reliquum laborem ipse subire non abnueret, quem familiaris ejus cum Græcis litteris consuetudo et sagax curiosaque eruditio tàm optabilem nobis omnibus facerent! quamquam non illius certè auxilium spero mihi defuturum; et si quid in libris meis laudabilius, aut minus inconcinnum videbitur, hoc amicæ illius severitati, hoc consiliis viri optimi doctissimique Letronnii ferè omne debebitur, cujus prestò

semper adest varia et multiplex disciplina, quæ succurrat amicis egenis, eorumque inopiam ipsa suis sublevet opibus. Nec me, ut confido satis, amicissimi viri Hasius, Courrierus, Thurotus, Faurielusque deficient, et in promptu mihi paratur doctissimi ejusdemque modestissimi collegæ mei Mabellini auxilium. Imò et ipse Coræus, quem nominasse sat est, pro summâ suâ humanitate promisit se mihi quoque nonnihil operæ indulsurum. Denique nonnulli aderunt è nostrâ disciplinâ juvenes probatissimo ergà me meaque omnia, studio; quos cùm non lateat me eorum imprimis gratiâ insuetum opus iniisse, et ipsos invicem conanti mihi, aliquid opis undè eis facilius proficiam, afferre par et justum videtur.

Verùm, quamvis hæc omnia mihi in tuto sint præsidia, summamque diligentiam et quidquid in me facultatum sit, in hanc editionem collaturus sim, scio tamen illam magnâ ex parte mendosam fore, nec ullam

aliam philologiæ laudem mihi vindico quàm si peritiori viam patefecerim, qui Proclo tandem dignus adsit editor et interpres.

Nunc paucis attingam quâ ratione propositum mihi laborem absolvendum credam, et quas in partes distribuendum.

Tripartitò mihi dividetur ista editio. Dabo primò ipsum Græcum textum : Secundò commentarios Philologicos, scilicet breves de codicibus excursus, quales sint, quâ ætate, quos contineant libros, nec non et aliquas adnotationes de Græcis verbis quæ aliquid salebrosius habere, aut ad minùs vulgarem grammaticen pertinere videbuntur : Tertiò commentarios Philosophicos de Procli doctrinis quæ tùm in cæteris jàm editis illius operibus, tùm in novis libris exponuntur. Quibus commentariis id spectabitur, ut ad nitidiorem explanationem revocentur, et more hodierno recentioremque ad methodum describantur fidissimi antiquarum doctrinarum inter-

pretis opiniones de iis quæstionibus in quibus tunc versata est, et versatur etiamnùm humani ingenii industria.

Verùm id mihi forsan objicietur, quòd philologicas adnotationes ab ipso textu sejunxerim, cùm multò commodius et utilius videatur, si eodem in libro præstò adsit omnis earum salebrarum explicatio, quæ in Græcis et philosophicis operibus legenti vulgò officere solent. Quæ quamvis non ità immeritò objici confitear, id tamen retulerim me, quò meus magis provehebatur labor, eò perspectius habuisse, quidquid dubii obscurive offendit, ità maximè dilucidari posse, si afferantur aliundè desumpta ex eodem auctore loca; quæ quidem citare priùs haud decebat, quàm in lucem ederentur ea opera, in quibus singula suo ordine disposita occurrunt et apud quos, ex circumstantibus et adjunctis quibusque, quid significent benè intelligitur. Prætereà ipse confido multa ad Proclum altiùs intel-

ligendum magis atque magis in dies abundè mihi suppetenda, tùm ex ampliori eorum, qui mihi evolvendi et exarandi supersunt codicum notitiâ, tùm ex meliùs recognitâ et perspectâ Procli, sive in cogitando, sive in dicendo ratione. Indè tamen haud sequitur ulla mihi edenda esse loca, quæ me hodiè fallant, et quæ intelligenda et posteriùs perpendenda reliquerim. Nihil edidi de quo priùs non statuerim. Nempè qui hìc editur textus, is est in quo nihil immutandum censeo, quique illis, quicumque in philologicis non ità versantur, sufficiat. Ad eos autem, quos grammatica magis studia delectant, pertinebunt commentarii philologici.

Textum igitur absque ullis commentariis, et adnotationibus hìc primùm affero; cui tantùm addentur, præter inventas in codicibus varias lectiones, argumenta quædam materiarum, quæ singulis voluminibus continebuntur, necnon et index

historicus auctorum et operum quæ à Proclo citando usurpantur. Verborum autem index commentariis philologicis adjungetur, et ad finem operis nectendus erit universus rerum index, qui argumentis singulatim contenta uno tenore recolligat et complectatur.

Procli autem scripta, quæ in lucem edenda mihi proposui, hæc sunt :

1°. Tria de Libertate, Providentiâ, et Malo opuscula, quæ Græco quidem sermone perierunt, latinèque tantùm supersunt : deficiente textu, versionem latinam vulgabo (1).

2°. De primo Platonis Alcibiade commentarii, quorum dimidia pars modò remansit; quatenùs res conjici potest ex eo Alci-

(1) Vid. de istis opusc. præfationem primi voluminis, quæ infrà subjicitur, Fabric. Bibl. Gr. T. 9. Edit. Harles.—de Burigny. T. 31 des Mémoires de l'Acad. des Inscriptions.

biadis Platonici loco, ubi desinunt, reliqui commentarii (1).

3°. De Platonis Parmenide commentarii, septem libris divisi, quorum postremus à Damascio suppletus dicitur (2).

Hæc sunt quæ inedita exstant Procli opera, quibus adjicienda excerpta quædam è Cratyli commentariis fragmenta, incerto

(1) Vid. Fabr. Bibl. Gr. T. 9. Edit. Harles. Excerpta ex hoc commentario latinè vulgavit Mars. Ficinus, hoc titulo : *Procli de Animâ ac Dæmone, de Sacrificio et Magiâ.* Venet. 1497 et 1516, apud Aldum. Doctissimus Fischerus in notitiâ Cod. et edit. Platonis et Platonicorum, præfixâ ad Platonis Eutyphr. Lipsiæ, 1783, notat quamdam. P. 208. versionem latinam Procli in Plat. Alcib. Venetis, 1503, formâ majore. Eamque Harlesius in notis ad Fabric. secundùm Fischerum memorat. Hanc autem editionem frustrà in Catalogo Maittairiano et Panzeriano iterùm iterùmque quæsivi. Cùm autem Fischerus in notitiâ omittit versionem Mars. Ficini, Venetis, 1516, quæ et ipsa formâ majore est, suspicor illum, Harlesiumque, hìc aberravisse, et Marsilianam notatam voluisse.

(2) Vid. Fab. Bib. Gr. T. 9, p. 425. Edit. Harl.

auctore et tempore, quæ vulganda suscepit Dom. Boissonadus (1).

In hæc absolvenda quantùm mihi temporis necessarium sit, equidem haud satis scio : at suffecturam duorum abhinc annorum operam confido.

Disseretur in philologicis adnotationibus, quidquid ad regiæ Bibliothecæ codices attinet : quorum haud magnus sanè numerus, adeòque etiam ut ad latinam trium opusculorum de providentiâ, libertate, et malo versionem ; nec non ad maximam partem commentarii de primo Alcibiade, unus mihi tantùm adfuerit. Exterarum Bibliothecarum codices consulere equidem peroptâssem : at susceptis recentiùs ad invisendam, domique recognoscendam Germanicam philosophiam itineribus effusum mihi atque exhaustum est, quidquid nunc sumptûs et pecuniæ philosophiæ veteris historia reposcit; cùmque

(1) Vid. Fabr. Ibid.

publicâ impensâ hæc editio conficiatur, plura postulare nec opportunum, nec fortè satis æquum fuerat. Id unum igitur quod penès me fuit, vulgabo, non hoc tamen sine desiderio, quòd ad editionis hujus laudem plus mihi non licuerit.

At verò nihil intentatum omisi undè imperfectos Bibliothecæ regiæ codices adjuvarem et supplerem. Monente Fabricio et Lambecio (1), in Vindobonensi bibliothecâ accuratè investigari, meoque sumptu chartis mandari jussi veterem quamdam commentarii de Parmenide, necnon et partis alicujus commentarii de primo Alcibiade, versionem latinam ab Anton. Herm. Gogavâ sæculo duodecimo confectam; quamque, ipsâ licet Morbekæ Archiepiscopi translatione fœdiorem, prout tamen utiliores aliquot dat lectiones, paulò emendatam publici juris facere decrevi. Illa quidem

(1) Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. 9, P. 425. Edit. Harl. — Lambecium, Edit. Kollar. T. 7, P. 41.

forsan per se haud valet, quod operæ et pecuniæ ad illam accersendam et emendandam mihi impensum est; at sciunt eos esse quoque philologos qui res non tàm propter ipsam utilitatem et laudem, quàm ob difficultatem atque laborem sæpiùs æstiment et foveant.

Nunc superest mihi palam et apertè exoptandum ut hæc Procli editio, et majus illud cui nunc præluditur opus, cum cæteris meis conatibus ad excitanda tandem et promovenda apud nos, neglecta tamdiù altioris philosophiæ studia, quoquomodo conspirent. Scilicet ex quo Lockiana philosophia Cartesianam omninò vicit apud nos ac profligavit, idque omnium animis penitùs infudit, totum nempè hominem ex quinque sensibus constare, et quidquid ex sensatione non oritur, aut ad sensationem non revertitur, nullo realitatis fundamento niti; tùm paulatim obsolescente sublimiora speculandi usu, obsolescere omne philosophiæ

veteris studium, omittique, aut verti ludibrio cœpit apud nostros illa clarissimi et ingeniosissimi populi philosophia, quæ decem atque ampliùs sæcula tantâ cum laude floruerat. Intereà ii quos tanquàm præ contempu *eruditos* vocant, id soli præstiterunt ut aliqua etiamnùm Græcorum et Græcæ philosophiæ memoria extaret, desertisque à superbo semi-doctorum fastidio antiquitatis aris suus honor et cultus haberetur. Hìc illaudatos et inhonoratos præterire non possumus Canayum (1), Fraguierum (2), Sevinum (3), Garne-

(1) Mémoires de l'abbé de Canaye, sur la vie et les opinions de Thalès, T. 10 de l'Acad. des Inscript. — sur la vie et les opinions d'Anaxi-mandre. *Ibid.*

(2) Mémoire de l'abbé Fraguier, sur l'Ironie, le Démon, et les Mœurs de Socrate. — Sur l'usage que Platon a fait des Fables. — Du Sentiment de Platon sur la poésie. T. 1. 2. 15 de l'Acad. des Inscript.

(3) Mém. de l'abbé Sevin, sur la vie et les ou-

rium (1), Battosium (2), necnon et criticæ Eclectismi historiæ auctorem (3), unàque Bonnamicum (4), Lanauzium (5), et Freretum illum qui Pythagoræ temporibus tantam lucem adhibuit. Nec tacebitur certè ille Bartholomæus qui superba temporum suorum fastidia arte operis atque sermonis elegantià vicit; nec

vrages d'Evhemère, — sur la vie et les ouvrages de Penætius, T. 10, de l'Ac. des Inscript. — sur la vie et les ouvrages d'Athénodore, T. 13. *Ibid.*

(1) Recherches sur Platon, par l'abbé Garnier, T.32 de l'Acad. des Inscript.—sur quelques ouvrages du Stoïcien Panætius. Mémoires de l'Institut de France, classe d'histoire et de littérature ancienne, T. 2. p. 81-110.

(2) Mém. de l'abbé Le Batteux sur les Oméoméries d'Anaxagore, T. 25 de l'Acad. des Inscript. — Sur la Morale d'Aristipe, T. 26. — Morale d'Epicure. Paris, 1758.

(3) Histoire critique de l'Eclectisme. Avignon, 1766.

(4) Mém. de Bonamy sur la vie d'Empédocles, T. 10 de l'Acad. des Inscript.

(5) Mém. de MM. Lanauze et Freret, sur la Chronologie de Pythagore, T. 14 de l'Acad. des Inscript.

deniquè Burinius qui de Ethnicâ mythologiâ egregiè meritus est, Quintum Sextium noscendum fecit, Porphyriumque de carnis ferinæ abstinentiâ, gallicè vertit; cui id gratiæ ego precipuè retulerim, quòd, post Fabricium, tria mihi Procli scripta primo hoc volumine contenta indicaverit (1).

Vixdùm autem incipiens decimi-noni sæculi ætas paucissimos quidem eruditionis philosophicæ fructus, at spem jàm floresque protulit. Nempè adolescentium in manibus versari cœpit Plato, ex quo luculentissimè à Franc. Thuroto in linguam nostram Crito et Socratis apologia translata est (2), atque ex omnibus illius operibus excel-

(1) Burigny, Théologie païenne. Paris. — Mémoires sur le philosophe Musonius, T. 31 de l'Acad. des Inscript.. — Sur Q. Sextius. *Ibid.* — Sur Proclus, *Ibid.*

(2) Le Criton et l'Apologie de Socrate, traduits du grec en français, par F. Thurot, avec le texte en regard. Paris, 1806.

lentiora recentissimè J. V. Clericus excerpsit et edidit (1). Utinam vir uterque studiosissimus incœptum laborem augeat, prior scilicet translatis dialogis alios subjungat, alter autem jàm non excerptis ex Platone fragmentis, cujus nec frangenda nec minimè excerpenda philosophia est, sed integro aliquo dialogo in lucem feliciter edito, Gallicèque verso de philosophiâ et de litteris ipsis magis ac magis mereatur. Nihil verò omnibus antiquæ philosophiæ amicis, mihique imprimis optabilius et acceptius esse possit, quàm si doctissimus ille noster Boissonadus ad veteres philosophos tandem suas opes convertat (2). Quem tùm privatè, tùm palàm,

(1) Pensées extraites de Platon, et traduites en français, par J. V. Leclerc. Paris, 1818.

(2) Vita Procli, à Marino. Lipsiæ, 1814. Mox autem in lucem Lipsiæ proditurus est ille commentarius Procli de Platonis Cratylo, de quo jàm suprà monuimus.

urgere non cessabo, et id usque et usque monebo, ipsos quoque Græco sermone scripsisse Græcos philosophos, accendamque sententiâ et exemplis viri utrique nostrûm notissimi et carissimi Creuzeri, qui ad Dan. Wittenbachium, eruditorum principem, eademque sentientem, de futurâ Plotini editione scribens: *ut alia*, inquit, *vendibiliosa esse scio, sic hæc uberiora certè esse idem existimo. Neque Sosiorum vocibus ausculto quid lucubrationibus meis eligam; sed si quid veritatis, si quid rei litterarum publicæ, si quid studiosæ juventutis interesse videro* (1).

Verùm et Alexandrinos tamdiù in Galliâ ignotos è tenebris educere sibi proposuerat Sanctocrucius. Scilicet dùm Indiæ (2),

(1) Plotini liber de Pulchritudine. Epist. ad Wittenb, p. 39. Heidelberg. 1814.

(2) Vid. l'Introduct. à la traduction de l'Ezour-Vedam, Iverdon, 1778.

Græciæque (1) mysteria indagaret vir ingeniosissimus, in Alexandrinorum philosophiam inciderat, tandemque sibi induxerat in animum, quamdiù ignoraretur ista philosophia, tamdiù id ipsum quod in antiquitate gravissimi momenti fuit, penitùs ignorandum. Imò jàm de Plotino nihil non cogitabat (2), novamque philosophorum omnium Eclecticorum editionem meditabatur (3), cùm luctuoso fato præreptus Alexandrinis apud nos miserè defuit. Cui tanto viro supplendo quàm impar sim, haud equidem ignoro; verùm absente quolibet alio, ejus laboribus dirè in-

(1) Mystères du Paganisme, seconde édition, publiée avec des notes par M. Silvestre de Sacy. Paris, 1817.

(2) Vid. Magasin Encyclopédique de Millin, T. 3, P. 339. Paris, 1797.

(3) Lettre à M. du Theil, l'un des conservateurs de la Bibliothèque Nationale, sur une nouvelle édition de tous les ouvrages des Philosophes éclectiques, par Sainte-Croix. Paris, 1797.

terceptis proprios labores sufficiam. Nempè vix adolescentiam excesseram, ex quo, dùm prima veteris Christianismi monumenta, et Paganorum philosophorum, qui iisdem temporibus floruerunt, scripta raptim evolverem, jàm tùm in obscura illa tempora, necnon et obscuriores quæ tunc agitabantur quæstiones animum intendere cœpi, menteque versare illud, quod usque fovi, consilium, scilicet ut incipientis Christianismi tempora gravissimis studiis aliquandò exigerem, et accutiùs inquirerem de maximâ illâ rerum mutatione, quæ Europam omnem sùsdeque renovavit, præcipitemque egit in illam mediæ ætatis caliginem undè recentior nostra illa lux vixdùm emersit. Non hic igitur ad ingenii exercitationem ostentationemve temerè susceptus labor, sed ad implendam velut aliquam officii legem, et quasi religionem; in quo scilicet, nisi vires, at certè suppetet animus.

Philologici labores in id impensi, quid valeant, viderint qui talibus in studiis versari solent; nihil ego ultrà veniam in hoc mihi vindico. Philosophicis autem consiliis meis haud spero suffragaturos nostros hujusce ætatis philosophos, qui cùm nihil veri antè et post Condillacum, citrà ultràque inveniant, litem mihi fortassè movebunt, quòd antiqua somnia excitem, et systemata sæculorum rubigine squalentia, nuncque nullius pretii et usûs, luci reddere et in medium proferre enitar. Quibus hominibus, licet mihi cæteris nominibus commendatissimis et honoratissimis, nihil hìc respondebo; idque sine supercilio vanoque fastu, sed quià benè scio nunquàm exui, imò nec forsan exuendas hominibus opiniones, in quibus adoleverint simul et consenuerint. Quarè spem omnem meam repono in paucis illis et egregiis juvenibus, qui doctrinarum mearum consuetudine et familiaritate jàm usi, quotidièque imbuti, è somniis et su-

perstitionibus Alexandrinis ea facilè dignoscent, quæ labentibus annis haud senescunt, quæ temporum situ obtegi at non dirui potuerunt, quorum vi ac luce illa ipsa nostra levitas vincenda tandem atque expugnanda est, et jàm tùm, dubiis ni fallor indiciis, perstringi graviùs percellique incipit. Est enim varium et anceps aliquid hæc ætas, in quâ duæ quasi ætates et gentes occurrunt. Altera jàm maturior, sola in publicos mores et opiniones dominatur aut dominari videtur, certo ac definito quodam apparatu sententiarum et formularum, quas veluti totidem oracula ritè compositèque effutit. At quanquam imperanti similis rugas habet in vultu seniles, jàmque, si ità loqui fas est, tota de præterito, languet interiùs, sensimque emoritur. Altera autem junior, rudis indoctaque, at mascula et vigens, in umbrâ et silentio tacitè crescit, incerti et indiscreti etiamnùm vultûs ingeniique. Sed fulgurant jàm oculi, impressa-

que fronti sublimioris fati nota cernitur. Has inter ætates cùm diversa et contraria sint omnia, tùm et philosophicæ opiniones pugnaturæ sunt. Sola verò junior in futurum spectat, dùm altera præsente tantùm seque suaque definit. In futurum autem, non in vanam fugacemque præsentis hujusce temporis usuram convertendus labor philosophicus, omnisque ingenii cujuslibet excelsioris industria. In futurum igitur meæ omnes cogitationes, curæque pertinent, unicèque illos juvenes quorum in capitibus tantæ spes fataque versantur, scribendo et docendo intueor; eòque magis, quòd infirmâ valetudine, æger ipse et languens spem animo penè abjeci et exui, videndi unquàm et ipsum attingendi futura illa tempora quæ me quotidiè angunt et sollicitant, implendique illud quod mihi jàm dudùm proposui consilium, scilicet ut apud Gallos studia philosophica, tùm propriis meis elucubrationibus, tùm systematum

historiâ excitarem et erigerem. At saltem vos illud implebitis, lectissimi iidemque carissimi Juvenes, quorum ut pectoribus memoriam, ità ingeniis et operæ doctrinam et labores vix inchoatos relinquo. Implebitis vos, aut certè ut impleatis, quidquid in vobis virium et facultatum erit, omni alio posthabito, impendetis, doctrinamque nostram in ore hominem spirantem agentemque factis et scriptis ipsi traducetis et repræsentabitis. Volueram ego diutiùs dux aut commilito vobis adesse, vestrisque interesse laboribus et studiis. Velim saltem mox defuturo sufficere Proclum Platonicum. Id cupio, perficiam nescio. Hoc tamen intereà accipite, quodcumque est, vobis incœptum opus, perficiendum abrumpendumve; meliora vos absenti parentabimini.

Parisiis, primo die Januarii 1820.

Vict. COUSIN.

PROCLI
PHILOSOPHI PLATONICI
OPERA INEDITA,

TOMUS I.

CONTINENS TRIA OPUSCULA,

QUORUM DEFICIENTE TEXTU GRÆCO DEPERDITO EXSTAT ET HÌC PRIMÙM IN LUCEM EDITUR VERSIO LATINA DUODECIMI SÆCULI,

AUCTORE

GUILELMO MORBEKA,

CORYNTHI ARCHIEPISCOPO.

PRÆFATIO

PRIMI HUJUS VOLUMINIS.

In hoc primo volumine offerimus antiquæ Philosophiæ amicis tria opuscula Græcè deperdita, quorum exstat modò et hìc primùm in lucem editur versio latina duodecimi sæculi, auctore Guilelmo Morbekâ, Corynthi Archiepiscopo; rudis et illa quidem, inculta et tantùm non barbara, ut ait ipse Fabricius (1), sed in quâ viget adhùc, et hinc indè, nec ità raró, elucet exemplaris antiqui spiritus. Verùm quoniàm aliàs (2) ista Procli opuscula, et Morbekæ versionem tùm philosophicè,

(1) Sic Fabr. de uno è tribus opusculis: *versio inculta, fateor, et tantùm non barbara, sed ex quâ Græcæ linguæ et philosophiæ Platonicæ peritis, pulchras sententias auctoris perspicere, nec difficile, ut confido, erit, nec injucundum.* Fabr. Bibl. Gr. T. 9, P. 373. Edit. Harl.

(2) Vid. suprà. Præfat. Gener. P LIIJ.

tùm philologicè fusiùs tractanda et explicanda suscipiemus, pauca nobis breviterque de iis hìc attingenda sunt.

Primus ad Theodorum Libellus hoc habet inter alia multa insigne et præcipuum, quòd Pantheismo, quantùm par est, faveat simul et adversetur, et Alexandrinum à Spinosistico Pantheismum prorsùs dividat. Ibi enim apertè profitetur Proclus libertatem humanam nec omninò nullam, nec omninò absolutam esse, quæ duo contraria opinionum vitia, seu potiùs monstra, philosophorum sectas penè omnes miserè distrahunt, nostraque tempora recèns, Humio et Fichtio ducibus, invasêre. Necnon in isto libello animadvertere est theoriam illam de facultatibus humani animi quæ quid valeat, hoc uno satis abundè comprobabitur, quòd non alio fundamento nitatur penè omnis secta Alexandrinorum; si quidem jàm nemini, qui paululùm res novit philosophicas, in dubium venire possit, quin, ut

causis effectus, ità et facultatibus viribusque animi, virtualiter contineatur, quale et quantumcumque sit, omne systema philosophicum.

Respondet alter libellus dubiis omnibus et objectionibus quæ tunc temporis contrà Providentiam circùmferebantur; quiquidem, etsi paulùm desideretur in eo virtus philosophica, quâ tantoperè præstant alteri duo, gravis idem et perutilis est cognoscendæ temporum illorum historiæ, quippe qui ea contineat in demonstrationem Providentiæ argumenta, quæ patribus Ecclesiasticis olim usurpata, in ditionem victricis religionis cessêre, et Christiani tandem juris facta sunt.

Ultimus autem Libellus, trium facilè princeps, disputat de mali existentiâ. Cujus in laudem sat erit dixisse, quidquid est in Theodiceâ Leibnitzianâ subtile et acutum, indè petitum esse et depromptum. Rursùs et aliàs demonstrabitur eo quoque fonte Christianos sua hausisse contrà Ma-

netem argumenta, haud aliter ac priùs inclytâ illâ Alexandrinorum de uno theoriâ contrà Arium usi fuerant, Plotinumque et Platonem ad refellendos hæreticos adhibuerant.

Manifestum facient nostri commentarii quàm leviter de tribus istis opusculis disseruerit, vir cæterùm egregius Burinius (1), qui cùm non ità in quæstionibus philosophicis versatus esset, sententiam Procli, haud altiùs intellexit, sicque exposuit, ut factâ priùs satis accuratâ mentione prioris ad Theodorum libelli, jàmdudùm à Fabricio editi, mox desineret in quasdam brevissimas et inopes de duobus alteris adnotatiunculas, vel infrà ipsa Fabriciana argumenta.

Quod autem ad Fabricium attinet, illius hìc, ut in aliis omnibus antiquitatis partibus, operam et merita præstantissima reperimus.

(1) Mém. de M. de Burigny, sur la vie de Proclus; et Notice d'un manuscrit contenant quelques-uns de ses ouvrages qui n'ont pas encore été imprimés. Mém. de l'Acad. des Inscriptions, T. 31, P. 139.

Ille primus libellum ad Theodorum suæ Bibliotecæ totum inseruit (1), et duorum quos ineditos reliquit libellorum argumenta confecit (2); quæ, licet parùm lucida nec satis ex alto et ex intimis rei visceribus petita, tamen respectu auctoris, corrigere aut supprimere ausi non sumus, rursùmque duobus libellis omissis à Fabricio, et hìc primùm editis præmisimus; nec sine libello ad Theodorum, nempe ne dissociarentur opuscula quæ junxisse velle videntur rerum similitudo, jactura eadem Græci codicis, et latinus idem interpres. Ipsi autem hunc libellum argumento auximus, tribusque opusculis indicem subjecimus auctorum et operum quæ in istis identidem memorantur.

Inficias haud ibimus quin hæc Morbekæ versio ipsa et versione indigeat, utpote obscura semper, et quibusdam in locis vix ac ne vix quidem intelligibilis. Verùm in hoc Fabricii exemplum servavimus, rati scilicet

(1) Fabr. Bibl. Gr. T. 9, P. 393, Edit. Harl.
(2) *Ibid.* P. 398 et 401.

plus indè nobis venturum laboris et tædii quàm utilitatis et lucis lectoribus. Jam ex quo Hamburgensis philologus libellum Procli ad Theodorum vulgavit, quoquo modo ab Archiepiscopo Corynthi translatum, nonnulli historici et philologi plurima hìnc hausêre loca sententiarum gravitate insignia, quibus scripta et notas ditaverunt. Quòd si idem obtigerit posterioribus opusculis de Providentiâ, et de Malo, quæ tunc primùm typis mandantur, virique docti, qui mecùm renovandæ et explanandæ veteri philosophiæ dant operam, habeant ibi et inveniant, undè sua adjuvent studia; haud certè nos pœnitebit præceptum illud secutos esse veris sacrum philologis, veterem qualemcumque codicem, et codice ipso deperdito, vetustissimam illius versionem tandem edendam esse, ne pereat omninòque aboleatur aliquod antiquitatis sanctissimæ monumentum.

PROCLI

DE PROVIDENTIA ET FATO,

ET EO QUOD IN NOBIS,

AD THEODORUM MECHANICUM

LIBELLUS,

INTERPRETE

GUILELMO DE MORBEKA,

ARCHIEPISCOPO CORINTHI.

ARGUMENTUM.

Nihil aliud sibi vult Proclus in hoc libello, quàm ut amico Theodoro manifestum faciat, quid sit *id quod est in nobis*, ut Morbekæ verbis utamur, seu potiùs, id quod nostrum est; et quo pacto libera illa vis Fati legibus sit immunis, et uni Providentiæ subjecta.

Ergò tria hæc probanda primùm aggreditur:

1° Differre longè à Fato Providentiam;

2° Duplicem esse animam;

3° Duplicem scientiam.

1° Rectè definitur Providentia ipsa operatio ipsius boni, quippe cujus idea ab ideâ boni separari nequeat. Bonum verò atque unum eadem. Mens autem, intellectus,

νοῦς, inferior est uno et bono ad quod semper intendit. Ergò et Providentia quæ ab uno et bono proficiscitur, est antè et suprà mentem, intellectum, νοῦν, indèque dicitur Πρόνοια. Fatum Providentia est delapsa in mundum, dux et præses causarum et legum quibus summa rerum ad boni normam regitur. Fatum autem quod à bono pendet, pendet et à Providentiâ, dùm contrà Providentia, quæ ipsum est bonum in actu, suprà Fatum eminet. Quidquid igitur Fati est, et est Providentiæ. Cogitari verò potest aliquid quod, cùm in mundum non cadat, Fati vim effugiat, et uni Providentiæ subjectum sit, quam certè nihil omninò effugere potest, quippe omninò nihil bono et uno potest carere.

Duo itaque regna duorum, Providentiæ super cuncta, entia et possibilia, Fati verò super mundana tantùm et sensibilia. Providentia differt à Fato quatenus Deus à divino quidem, sed participatione, non essentiali-

ter divino. Providentia Deus per se: Fatum verò divina res, et non Deus.

2° Est certè aliquid in nobis quod et sentit, et patitur, fruitur, doletque, ideòque corpori inhærere videtur. Eget enim sensus corporalibus organis per quæ moveatur. Passio autem nulla sine sensu, ergò nec sine corpore, et organis materialibus. Verùm et aliquid nobis inest omninò diversum, quod et sensationibus et passionibus, inanibus lætitiis aut mœroribus adversatur, quod errores animi sensibus malè servientis dignoscit et corrigit, quod ab omni extrinseco discernere se, hìncque ad excellentissimas notiones et principia veritatum per omnes intelligentiæ gradus eniti, imò suprà ipsam intelligentiam scientiamque et suprà omnes transgredi potest philosophiæ methodos usque ad instinctum illum, afflatumque divinum, Enthusiasmum scilicet, quo nihil altius et sanctius mens operatur, ut patebit ex sequentibus.

3° Alia quidem scientia est collecta ex illis quas sensus ministrant species et ex assumptis opinionibus quæ, quùm nondùm excussæ et benè recognitæ fuerint, falsum ac verum æquè capiunt, et adeò nihil pensi et certi in se habent. Sed et alia scientia est; sunt aliæ operationes viæque, quarum hic ingressus recedere à sensu et à passionibus. Accedit ratiocinatio quæ suppositâ principiorum veritate id unum intendit ut ex illis legitima id est necessaria concludat. Mox analysis et synthesis quarum opus est resolvere et rursùs componere, multa ex uno facientes et ex multis unum. Alia autem est longè eminentior operatio, simplex, quæ nec ratiocinatione, nec analysi vel synthesi, sed intellectualibus prodit se illuminationibus, immediatè et invictè principia veritatum retegentibus. Est ipsa denique suprà intellectualem operationem divina prorsùs operatio per quam intellectus conversatur, non jàm multiplicibus et diversis veritatibus,

sed ipsi vero, bono, uni, et Deo, factus et ipse Deus, verum, bonum, unumque ipsum. Talis est Enthusiasmus.

His tribus positis, indè Proclus exprimit qualis verè sit hominis status in universo rerum ordine, quæ partes illi agendæ, quæ demùm explenda sint officia. Homo non constat ex illâ animâ à corpore indissociabili, sed ex illâ animâ dissociabili à corpore. Undè sequitur hominem, utpote qui non totus sit in sensibus, nec rebus externis, nec connexioni legum et causarum quibus illæ reguntur, nec Fato denique servire, quod isti præest rerum externarum connexioni. Homo vis est sui juris; haud agendi tantùm sed et eligendi capax. Talis homo cùm sit, potest aut ad res demissus permittere se Fato regendum, aut rursùs segregando se à rebus suprà Fatum assurgere et statuere se sub imperio solius Providentiæ, id est boni, unius ipsius, et Dei. Hic homo est, hoc ipsum ego-met, scilicet medium quiddam

Deum inter et materiem. Haud eligit Deus, quia Deus absolutè bonum; haud eligit materies quià nullum ex se motum habet. Homo igitur nullo alio quam semet ipso definitur, cujus ea est natura ut ipse, quid se esse velit, faciat se et statuat.

Refellit inter eundum Proclus plurimas objectiones. Imò pars operis posterior ferè omnis occupatur in solvendis Theodori dubitationibus adversùs personalitatem et libertatem hominis. Theodori quidem dubitationes non nihil ponderis habent et plurimùm certè utilitatis, si quis illius ætatis philosophiæ historicus accedat. Illam tamen disputationem quâ impeditum hoc argumentum fuisset, amovimus; summam illius indicare satis fuit.

PROCLI

DE PROVIDENTIA ET FATO,

ET EO QUOD IN NOBIS.

I. Conceptus quidem tuæ animæ, ô amice Theodore, maturos esse puto et congruos viro amanti entia speculari : et acceptavi, quod et ad nos putasti oportere de iis scribere, et multis apud vos entibus potentibus conquirere et condubitare tibi circà talia problemata. Oportet autem et nos, ut videtur, apparentia de iis quæ misisti insinuare quæcumque rebusque æstimamus consonare, et gloriosissimis antecedentium Philosophorum, et non vanè audire quæstiones tuas, viri utique optimi in Mechanicis, et nobis olim noti, sicut æstimo et ipse scripsisti. Quæris autem millesiès dicta quidem et neque requiem habitura unquàm secundùm meam opinionem, eò quòd anima provocetur ad id quod circà ipsam consistit negotium, cum dederit jàm multas directiones, et ab illis Plotinicis et Jamblicis (1)

(1) *Jamblichicis* Fabricius et secundùm Fabricium Harlesius.

elaborata et antè hos à divino Platone scripta, et, si non grave dicere, et antè hunc à Theologis præconisata, maniaco ore dicentibus, qualia solus demonstrationibus Plato explicuit. Et quid oportet Platonem et divina sapientes tibi producere? Sed et ipsis Diis quæ suî ipsorum sapienter scientibus, et quæ et qualia post se ipsos egenuerunt, differenter elucidata, et non cum ænigmatibus, sicut Theologis. Oportet igitur et nos consequenter illis scribentes, ut dixi, insinuare tibi de iis quæ interrogas.

II. Patienti dignum indulgentiâ, si adspiciens ad rerum humanarum omnimodas tragicas et comicas aliasve connexiones, unum residere conditorem et factorem talium colligationum in universo solùm æstimasti, et hunc Fatum vocasti, magis autem εἱρμὸν id est connexionem funium ipsum et consequentem generationem conductam Fatum ponens ab aliquâ utique necessitate inevitabili talem dramaturgiam, id est operationem dirigi solus putasti, et hanc Providentiam hymnizasti, et solummodò αὐτεξούσιον, id est liberi arbitrii existere et dominam omnium. Humanæ autem animæ vulgatum αὐτεξούσιον, nomen solum esse, et ut verè nihil ordinatâ ipsâ in mundo et serviente aliorum actionibus, et existente

parte mundialis operis, magis autem ut tuis verbis assequens dicam, mechanica facientem quidem esse irrefragabilem causam omnia moventem quæcumque mundus iste comprehendens in se ipso habet : Mechanemate autem uno quasi ente universo, tympanis quidem implicatas proportionaliter totas esse sphæras; iis autem quæ ab iis moventur partialia, (2) animalia et animas, et omnia ab uno dependere movente, et forte tuimet artem honorans et hæc æstimasti, ut et universi factor Mechanicus quidam sit, et tu imitator optimi causarum. Sed (3) hoc quidem, cum studio ludum commiscentes, scripsimus.

III. Ad ipsum jam agonem versi dicamus, quod trium horum maximè est tibi considerandum differentiam, si debeas ad januam venire quæsitorum. Quorum primum quidem est, Providentiam et Fatum non hàc differre quà scripsisti ; hoc quidem connexam consequentiam, hanc autem necessitatem hujus causam ; sed ambo quidem causas Mundi et eorum quæ in Mundo fiunt, esse, præ-existere autem Providentiam Fato, et omnia quidem quæcum-

(2) Virgulam malè omittit Fabric. et sec. Fabr. Harl.

(3) Hic corrigendi Fabricius et Harlesius qui sic et pravè : *Sed hos quidem cum studio ludum comminiscentes scripsimus.*

que fiunt secundùm Fatum multò priùs à Providentiâ fieri, contrarium autem non jàm verum esse, summa enim totorum à Providentiâ recta, esse diviniora Fato. Secundum autem, aliam quidem esse animam separabilem à corpore, et devenientem in hunc mortalem locum desuper aliundè à Diis : aliam autem esse in corporibus consistentem, et inseparabilem à subjectis, et hanc quidem dependere à Fato, illam autem à Providentiâ secundùm sui ipsius substantiam. Tertium autem, scientiam et veritatem aliam quidem inexistere animabus in generatione versis, quamvis sint immaculata secundùm vitam : aliam autem refugientibus ex hoc loco, et factis ibi et locatis, undè priùs casus et qui in hunc mortalem locum descensus. Horum igitur trium, sicut diximus, si sufficienter invenies (4) discretiones, omnium tibi manifesta erit solutio de quibus quæsivisti. Providentiâ quidem enim dicto modo differente à Fato, palàm erit qualiter diffugiunt multa Fatum, Providentiam autem nihil : et qualiter desuper Providentia Fatum gubernans, quod ipsa produxit, separavit ipsius *epistasiam* id est superstationem usque ad ab altero mobilia,

(4) *Solutiones* haud rectè Fabricius et Harlesius, pro *discretiones*. Vid. annot.

aut ad sortita in ab altero mobilibus primam subsistentiam : animâ autem rursùm ostensâ aliâ esse eâ quæ à corporibus separabili, et aliâ eâ quæ in corporibus plantata ; manifestum fiet tibi, quæ quidem, quæ αὐτεξούσιον, id est libertatem arbitrii habet et τὸ quod in nobis; quæ autem quæ necessitati servit et sub Fato ducitur, et ubi horum complicatio, propter quam hæc quidem hebetat τὸ αὐτεξούσιον, propter deteriorem vitam ; hæc autem participat aliquo idolo electionis propter meliorem vicinitatem ipsi animam. Scientiâ autem tibi duplici apparente, evidens erit qualiter et Plato et Socrates, addatur autem iis et magnus Parmenides, et hìc animam entem ajunt cognoscere veritatem, purgatam à materiali tenebrâ et à passionibus quascumque ipsi corpus et quæ ad hæc commixtio intulit, et majori modo et sinceriùs exterente scientiâ sortiri factam extrà corpora et extrà generationem et materiam amaram.

IV. Iis itaque tribus problematibus necessariis entibus, et ab antiquis benè discussis, hoc quidem Iamblichus in iis quæ de Providentiâ et Fato mille accessibus elaboravit, hoc autem omnes Platonis amatores duplicem divulgantes animam, hoc autem in multis quidem locis Plotinus, in multis autem et Por-

phyrius speculationem et speculativam virtutem distinguentes : omnia autem Plato, assequi potentibus. Necessarium utique à primo nos facientes principium, invenire differentiam Providentiæ et Fati. De omni autem ait Plato: *ó amice, unum principium scire de quo est speculatio, aut de omni peccare, necesse.* Oportet autem et, ut dæmonius Aristoteles docet, post si est, quærere consequenter quid est. Si quidem igitur quæris, sive est Providentia sive etiam non, et de Fato eodem modo; oportebat primùm, quia est utrumque, tibi ostendi, et si de iis jam dubitares, nollem tibi spondere rationem quòd hæc essent. Quoniam autem et esse ambo et ipse confiteris, et propter potentatum horum cogis omnia, palàm æstimo reliquum quod de, quid est utrumque, tibi dicendum : ex hoc enim et quà differunt erit planum. Hoc autem cognito, solventur tibi multa dubiorum, ut diximus. Rursùm autem quoniam ad inventiones ejus quod quid est conferre quidem ajunt, et divisivam methodum, quoniam propter hoc Deorum dationem in homines in Philebo Socrates laudavit, conferre autem ad principii rationem et communes nostros vocatos conceptus à quibus possibile multa venari demonstrabilium, ut Aristoteles scripsit: oportet

utique et nos iis utentes explicare Providentiamque et Fatum, quid dicimus quantùm ad hoc quidem, communibus conceptibus circà hæc utentes; quantùm ad alia autem, divisionibus entium articulatim, à quibus ut mihi videtur solummodò inveniemus quæ quidem Fati, quæ autem Providentiæ ratio. Sic autem hæc nota (5) lumen clarum accendent quæsitis, et fortè satisfacient capientibus nos in præsenti de ipsis dubitationibus.

V. Dicantur igitur de iis communes conceptus apud omnes indubitanter entes, Providentiam quidem causam esse bonorum iis quibus providetur, Fatum autem causam quidem esse et ipsum, sed connexionis cujusdam et sequentiæ iis quæ generantur. Quòd enim hos habemus irrefragabiles de iis conceptus omnes, manifestamus: et hominum procuratores boni aliis, et quodcumque statuentes providisse benè passis dicentes; et rursùs eum qui per multas complexas invicem causas et nobis ignotas evolutum, non aliter quam Fatum nominantes. Et vita nostra plena est nominibus iis, quoniam et nomina attestantur iis conceptibus. Nam πρόνοια, id est Providentia quidem eam quæ antè intellectum qualificat omninò operationem, quam soli bono attri-

(5) *Si autem hæc nota,* Fabricius et Harl.

buere necessarium. Hoc enim solum intellectu divinius, quia et intellectus qui valdè laudatus desiderat bonum et cum omnibus et antè omnia. Fatum autem connectentem omnia nata talem connexionem habere insinuat. Manifestant autem eam nobis qui circà divina sapientes et κλωςῆρας, id est alligatores quosdam dispartitos nominantes, et momenta partium, per quæ, ut mihi videtur, connexionem volunt et ipsi significare fatatorum : quoniam ipsius Fatum, secundùm unam causam connexorum exaltatam infert. Et etiam quòd non id quòd providetur, datio, neque id quod connectitur, Fatum, neque quæ in hoc procedens connexio, sed connectens; sumes utique ab eo, quòd omnes nos factivam quamdam virtutem phantasiamus, Providentiamque et Fatum. Ubique autem factivæ causæ ab effectibus distinctæ sunt, et sunt tria hæc differentia ab invicem, faciens, quod fit, factio. Sicut utique in iis providens, quod providetur, eam quæ à providente in provisum factionem : et rursùm connectens, quod connectitur, eam quæ à connectente in connexum factionem. Et palàm quòd secundùm utramque trinitatum; faciens non est tale quale factum, sed si hoc varium, oportet faciens simplex existere, si participans bono, faciens imparti-

cipabile esse (6). Etenim ubique faciens diviniorem facto sortitum est partem. Providentiam ergò causam bonorum dicentes, ipsam dicemus fontem esse bonorum, non adhuc indigere bonificantibus aliis. Et Fatum causam connexionis ponentes, non adhuc et ipsum ab aliis connecti dicemus. Talibus itaque entibus communibus conceptibus, quos de iis præaccepimus, deinceps utique erit speculari quibus utrumque præstat. Priùs, Fatum quibus.

VI. Ex conceptibus quidem igitur iis habemus quod connexorum est causa : quæ autem connectantur, quæ quidem sint, consideremus. Entium igitur hæc quidem in æternitate substantiam habent, hæc autem in tempore. Dico autem in æternitate quidem, quorum operatio cum substantiâ æternalis : in tempore autem, quorum substantia non est, sed semper fit, quamvis in infinitum tempus sit. Hæc autem media horum, aliqualiter sunt habentia substantiam quidem stantem et meliorem generatione, operationem autem semper fientem; et hanc quidem æternitate, hanc autem tempore mensuratam (7). Oportet enim omnem

(6) Malè Fabric. et Harl. : *Si participans bono faciens, factum imparticipabile esse.* Quod et codicis nostri lectioni et Procli sententiæ æquè repugnat. Vid. Annot.

(7) Hæc tantùm Fab. et Harl. : *Habentia substan-*

processum à primis in ultima fieri per media. Entibus igitur æternis secundùm ambo necesse est et mediam esse latitudinem, et aut substantiam habere æternalem, operationem autem tempore indigentem, aut è contrario : sed hoc impossibile, ut non operationes antè substantias ponentes lateamus (8). Relinquitur ergò mediationem facere, substantiam quidem æternam, operationem autem temporalem. Hos itaque tres entium ordines tibi ostensos dicimus, intellectualem, animalem, corporalem. Dico autem intellectualem quidem omni æternitate et entem et intelligentem : corporalem autem semper fientem aut infinito tempore, aut in parte temporis. Animalem autem æternalem quidem secundùm substantiam, operationibus autem utentem temporalibus. Ubi itaque tibi ponendum quæ connectuntur? Considera à Diis intellectum ejus, quod est, εἵρεσθαι, id est connecti sumens non aliquid aliud dicentem quàm quæ secundùm tempus, aliàs aliud fiunt, copulari invicem et non sequestrari; etsi in eodem autem sint tempore, distantia secundùm locum, habere quamdam coordinationem ad invicem : quare aut locis

tiam quidem stantem et meliorem generatione, operationem autem tempore mensuratam. Vid. Annot.

(8) *Fateamur* minus rectè Fab. et Harl. pro *lateamus*.

aut temporibus ipsa partita per εἱρμὸν id est connexionem conduci aliqualiter in unum, et in unam compassionem : et totaliter quæ connectuntur non posse à se ipsis hoc pati, sed altero indigere exhibituro ipsis εἱρμὸν, id est connexionem. Si igitur quæ sub Fato ordinata hæc sunt quæcumque connectuntur ad invicem propter communem de Fato conceptum nostrum : quæ autem connectuntur, et partibilia sunt, aut locis aut temporibus distantia et ab alio nata sunt connecti propter de connexione apud omnes obtentam æstimationem : hæc autem ab altero mobilia sunt et corporalia. Quæ enim extrà corpora, hæc quidem et loco meliora et tempore, hæc autem etsi secundùm tempus operentur, à loco pura esse videntur.

VII. Palàm utique quòd quæ à Fato reguntur et connectuntur, ab altero mobilia sunt et corporalia omninò. Si autem hoc demonstratum est, manifestum quòd causam connexionis Fatum ponentes, ipsum præsidem ab altero mobilium et corporalium exponemus. Hoc autem sumentes, nos ipsos interrogabimus quæ corporum causa dicitur, quæ et est proximè, et à quo etiam quæ ab altero mobilia moventur et aspirantur et continentur, et quæcumque utique possint : et ad aspicientes [*] adnostra

[*] Lege *adspicientes*.

primò si velis corpora hæc consideremus, quid movens ipsa et nutriens et retexens semper et perstringens? Hoc autem non et quod plantativum (τὸ ἔμφυτον) est, quod et aliis animalibus exhibet similem oportunitatem, et usque ad ea quæ in terrâ sunt eradicata duplicem habens operationem; hanc quidem renovantem extinctum corporum, ut non penitùs cedant discerpta; hanc autem contentivam in eo quod secundùm naturam singulorum : non enim idem ei quod est apponere deficiens, et conservans contentorum virtutem. Si igitur non solùm in nobis et aliis animalibus et plantis, sed et in hoc omni multò antè corpora est una mundi Natura contentiva ens corporum consistentiæ et motiva, sicut et in nobis; aut qualiter omnia corpora Naturæ ἔκγονα, id est, progenita dicimus, necesse utique Naturam causam esse connexorum, et in hâc quærere vocatum Fatum. Et propter hoc fortè et dæmonius Aristoteles eas quæ præter consuetum tempus augmentationes aut generationes, *penes*(9) *Fatum* consuevit vocare. Et divinus Plato ait : *Mundum totum secundùm seipsum consideratum sine intelligentialibus Diis, tanquàm corporeum revolvere fatum et complantatam*

(9) *Penes* quoque Fab. ad codicis lectionem. Sed et rectè proposuit *præter*, παρὰ τὴν εἱμαρμένην.

concupiscentiam. Et cum iis Dii responsa dantes, *non Naturæ inspicias*, ajunt, *fatatum nomen hujus*, attestantes nostris demonstrationibus. Isto igitur inventum est quid fatum, et quomodo hujus Mundi natura substantia quædam ens incorporea : si quidem corporum præses, et vita : tùm substantia, si quidem intrinsecus movet corpora et non de foris, movens omnia secundùm tempus, et connectens omnium motus et temporibus et locis distantium; secundùm quam et mortalia coaptantur æternis, et illa concirculantur, et hæc invicem compatiuntur. Etenim quæ in nobis Natura, partes omnes corporis nostri colligat et connectit, easque in invicem factiones ipsorum; et est Fatum quoddam et hæc nostri corporis, et ut in isto hæc quidem existunt principaliores partes, hæc autem minùs principales, et assequuntur hæc illis. Sic utique et in toto, et assequentes (10) minùs principalium generationes principaliorum motibus, puta cælestium periodis, quæ sub lunâ generationes : et imago qui huic (11) circulus, ejus qui illius, et in æternis. Et divulgata hæc entia omnibus antiquis, prolongare (12) nolo.

(10) *Assequenter* Fabric.
(11) *Hujus* pro *huic* Fab. et Harl.
(12) *Provulgare* in margine codex noster.

VIII. Providentiam itaque non est tibi difficile videre, quam dicimus. Si enim fontem bonorum, primùm quidem divinam ipsam causam determinans rectè dices. Undè enim aliundè omnibus bona quàm divinitùs? Ità ut bonorum quidem, ait Plato, nullum alium causandum quàm Deum. Deinde omnibus superstantem intelligentialibusque et sensibilibus, superiorem esse Fato. Et quæ quidem sub Fato entia, et sub Providentiâ perseverare, τὸ connecti quidem à Fato habentia, bonificari autem à Providentiâ, ut et connexio finem habeat bonum, et Providentia Fati in se ipsâ. Quæ autem rursùm sub Providentiâ, non adhuc omnia indigere et Fato, sed intelligentialia ab hoc exempta esse. Ubi autem in corporeis penitus, si quidem et τὸ connecti et tempus inducit et corporalem motum. Ad hæc etiam et Plato, ut æstimo, respiciens dixit, mixtam quidem hujusmodi consistentiam ex intellectu et necessitate, intellectu participante necessitati corporum : motivam causam, necessitatem vocans, quam et in aliis fatum appellavit, corporibus dans ab hoc cogi iis quæ ab ipso moventur. Et hoc rectè. Omne enim corpus cogitur et facere quodcumque facit, et pati quodcumque patitur, calefacere aut calefieri, et infrigidare aut infrigidari : electio

autem in iis non est, propterea quòd et corporum proprium dices utique esse τὸ necessarium, et sinè electione : si non aliquid melius adhuc corporibus. Etenim quod circulo movetur circulariter, mobile (13) ens, ex necessitate sic movetur, sicut ignis ad circumferentiam, terra autem ad medium. Necessitatem quidem igitur corporum generationibus præfecit ille, propter hoc et corruptionibus : intellectum autem extulit, ab hoc principari necessitati determinans. Si igitur Providentia et suprà intellectum est, palàm, quod intellectui quidem principatur, et iis quæ sub necessitate hâc : solis autem iis quæ sub ipsâ, necessitas. Et propter hoc omne quidem intellectualiter ens, sub Providentiâ perseverat solùm, omne autem quod corporaliter, sub necessitate.

IX. Duo itaque genera tibi intelligantur, hæc quidem intellectualia, hæc autem sensibilia : et regna duo duorum, Providentiæ quidem sursùm intellectualiumque et sensibilium, Fatis (14) autem deorsum, sensibilium. Et Providentia differt à Fato, quà differt Deus à divino quidem, sed participatione divino, et non primè. Quoniam et in aliis, ut vides, aliud quod primè, et aliud quod secundùm partici-

(13) Pravè Fab. et Harl. *nobile* pro *mobile*.

(14) Sic codex et Fabricius. Sed fortassè *Fati*.

pationem velut lumen sol, et quod in aëre lumen, sed hic quidem primè, hoc autem propter illum lumen. Et vita primè quidem in animâ, secundariè autem in corpore propter illam. Sic igitur Providentia quidem Deus per se : Fatum autem divina aliqua res et non Deus : dependet enim à Providentiâ, et velut imago est illius. Si enim ut Providentia ad intellectualia entium, sic fatum ad sensibilia. Regnant enim, hæc quidem super intellectualia, hoc autem super sensibilia. Et permutatim, ajunt Geometræ, et ut Providentia ad Fatum, sic intellectualia ad sensibilia. Intellectualia autem primè sunt entia, et ab iis altera et Providentia ergò primè est quod est, et ad hanc dependet et Fati ordo. Sed de iis quidem satis.

X. Ad secundam autem discussionem, si velis, accedamus separabilis à corporibus animæ (15) et inseparabilis. Sume autem et hanc ab Aristotelis philosophiâ. Dicit autem ille, omnem animam habentem operationem corpore nihil indigentem, et substantiam alteram sortitam esse talem extrà corpus et separabilem. Et hæc necessariè. Si enim ope-

(15) *Anima* Fab. punctum ponens post *accedamus*, phrasim unam in duo sic dividens : *Ad secundam autem discussionem, si velis, accedamus. Separabilis a corporibus anima et inseparabilis.*

ratione sine corpore ente, substantiam ferentes in corpus ordinemus, melior operatio erit quam substantia nihil ipsa indigens deteriori, ut habeat secundùm naturam radicata in illo. Sed hoc impossibile. Necesse ergò, separabiliter à corpore separantem et esse à corpore ipsam separabilem. Considera ergò, ô amator, quam earum quæ in nobis animam confitebimur corpore nihil indigere ad sui ipsius secundùm naturam operationes. Ergòne sensum? Sed corporibus pro organis utitur omnis virtus sensitiva, et cum iis operatur circà propria sensibilia oculis, auribus, aliis omnibus, simul mota et compatiens. Quid autem iram et concupiscentiam? Sed vides quòd et hæc sæpè cooperantur tùm corporis partibus corde et hepate, et neque hæc pura sunt à corporibus. Etenim quomodò possent quæ cum sensu operantur, non etiam corpore indigere, sensu per corpus semper moto? Appetitivas autem virtutes quòd cum sensu operentur, omnes, ut æstimo, cognoscimus. Quid enim utique irascetur insensibilis quid etiam concupiscet? rectè et Plotino dicente, quòd passiones omnes aut sensus sunt, aut non sinè sensu. Quare si et irascens cum sensu contristantis sensum habens, et concupiscens sensum delectantis; quod autem cum sensu

operatur, cum corpore operatur, etenim sensus cum corpore: necesse ergò et irascens omne et concupiscens cum corpore operari. Eæ quidem itaque species vitæ irrationales omnes entes, eamque secundùm naturam operationem habent cum corpore.

XI. Ad ipsam autem jam rationalem aspiciens naturam, vide illius vitam tertiam et primam etiam insidentem inferioribus vitis, et corrigentem aut deficiens ipsarum secundùm cognitionem, sicut quando sensum deceptum circà sua cognoscibilia desuper ipsa arguit. Dico autem puta solem pedalem dicentem, aut aliud aliquid cum consuetâ deceptione pronunciantem ex talibus, aut immensuratum ens motu erudientem, quandò percutit furorem. Hoc itaque illud Homeri: *tolera corde*, clamans et sicut canem latrantem ab impetu reprimens, aut rursùm quando concupiscentiam lascivientem animâ delectationes has quæ ex corporibus pullulant, conatur detinere, petulantiam ipsarum (16) meliorata temperamentis. In talibus enim omnibus operationibus manifestat utique omnes irrationales motus reprehendens cognitivos et appetitivos, et absolvens se ipsam ab iis tanquam alienis en-

(16) *Illorum* minus rectè Fab. et Harl.

tibus. Oportet autem unius cujusque naturam venari non ab iis quæ perversè ipsâ utuntur, sed ab iis quæ secundùm naturam operantur. Si igitur quandoque in nobis ratio ut ratio movetur, umbrosam impressionem delectationum concupiscentiæ coercet, punit furoris præcipitem motum, reprehendit sensum tanquam deceptione plenum, dicens quod neque audimus circùm nihil neque videmus : et hæc loquitur respiciens ad intrinsecas rationes, quarum nullam per corpus novit aut per corporeas cognitiones : manifestum quòd secundùm hanc operationem elongat seipsam evidenter a sensibus, contra quos sententiat (17) et a delectationibus illis et tristitiis sequestratur.

XII. Post hanc autem video alterum et meliorem eâ quæ in nobis rationali animâ motum, quiescentibus jam inferioribus, et nullum tumultum, velutì in multis consuevit, exhibentibus, secundùm quam conversa est ad seipsam, et videt sui ipsius substantiam et virtutes quæ in ipsâ, et harmonicas rationes ex quibus consistit, et multas vitas quarum est complementum, et reinvenit seipsam entem mun-

(17) *Contrà quorum sententias et à delectationibus illis et tristitiis sequestratur.* Fab. et Harl.

dum rationalem, imaginem quidem eorum quæ ante ipsam, à quibus egressa est : exemplar autem eorum quæ post ipsam, quibus superstat. Ad hanc enim operationem animæ et arithmeticam, ô amice, et geometriam vestræ artis matrem, multam habere partem aiunt quæ à sensibus quidem ipsam elongant, purgant autem intellectum à circumfusis speciebus vitæ irrationabilibus, traducunt autem ad incorpoream specierum comprehensionem velut sacrorum sanctissimorum anteriùs circumlustrationes futuris mysticis prætendentes. Etenim considera qualiter eæ (18) intellectualibus operationibus scientiæ prælocatæ purgativam quam diximus sortitæ sunt virtutem. Si enim assumebant quidem animam idolis repletam, et nihil subtile cognoscentem et sine materiali garrulitate, elucidant autem rationes necessitatem demonstrationum irrefragabilem habentes, et species omni certitudine et immaterialitate plenas, et nullatenus eam quæ in sensibilibus grossitiem advocantes : quomodò non purgativæ quidem sunt intellectualis nostræ vitæ à replentibus nos *ἀνοίᾳ*, idest, (19) inintellectualitate, inappli-

(18) Malè Fab. et Harl. *ex* pro *eæ : qualiter ex intellectualibus operationibus*... Vid. Annot.

(19) Malè Harlesius *intellectualitate.*

cabiles autem ad divinam entium circumscriptionem.

XIII. Post has ambas operationes rationalis, ut dictum est, hujus animæ, ad ipsam jam summam recurrens ipsius intelligentiam, per quam videt quidem sorores ipsius in mundo animas, cœlumque et totam generationem secundùm patris voluntatem sortitas, quarum et ipsa pars quædam ens, illarum speculationem desiderat. Videt autem suprà omnes animas intellectuales substantias et ordines. Supra omnem enim animam residet intellectus deiformis, qui et animæ dat intellectualem habitum. Videt autem rursùs et ante hæc eas, quæ suprà intellectum Deorum ipsorum, *μονάδας* à quibus intellectuales multitudines suscipiunt uniones. Oportet enim suprà unita locari unificas causas, sicut suprà vivificatas, vivificantes; et suprà intellectuales factas, intellectualificas; et suprà omnia similiter participantia, imparticipabiles hypostases. Secundùm omnes enim has sursumductivas intelligentias palàm æstimo facere non penitùs cæcis, quomodò et sensum relinquens deorsùm et corpora, intellectualibus circumspectionibus sursùm deducitur circà supermundanorum Deorum et deflexas et verè mysticas *ἐπιβολὰς*, id

est adjectiones. Aut undè nobis et ex qualibus operationibus elucidarunt Deorum ἔκγονοι, id est, progeniti dispensationes Deorum occultas? Qualiter autem ἐνθουσιάζειν, id est indivinare dicuntur animæ, et sobrietate meliorem maniam sumentes coaptari Diis ipsis. Sibyllam dico eam, quæ post partum mox prolocuta est mira, et audivisse præsentes quæ sit, et ex quali ordine venit in eum qui circà terram locum, et si qua etiam alia anima sic fuit divinæ partis.

XIV. Summatim igitur dicamus, quòd rationalis anima et intellectualis secundùm naturam qualitercumque mota, sit extrà corpora et sensus: quare necessarium ipsi, et substantiam habere separabilem ab ambobus: hoc autem rursùs manifestò ex se jam evidens, quòd secundùm naturam quidem operans melior est quàm ut à Fato ducatur, decidens autem in sensum, et irrationalata, et corporizata assequitur iis quæ deorsùm, et convivens cum ipsis quantùm cum vicinis non sobriis obtinetur et ab aliorum regnante causâ. Etenim rursùm oportebat aliquod etiam tale esse entium genus, secundùm substantiam quidem suprà Fatum ens, secundùm habitudinem autem sub ipso aliquandò ordinatum. Si enim sunt qui-

dem quæ (20) toto æterno suprà fatales leges locata sunt, sunt autem quæ secundùm omnem sui ipsorum vitam ordinata sunt sub periodis Fati : oportet ubique et intermediam horum esse naturam eorum, quæ quandoque quidem extrà fatalem factionem, quandoque autem sub ipsâ perseverantium. Nam processus entium nihil relinquunt vacuum, multò magis quam corporum situs. Sed extremorum sunt ubique mediationes, quæ et illis exhibent colligationem ad invicem. Ista non Plato solus, sed et responsa planè nobis revelarunt. Primùm quidem jussa divinis illis qui dignificati fuerunt fieri auditores mysticorum illorum sermonum, *non naturæ inspicias fatatum nomen hujus*. Et iterum : *neque coaugeas fato cujus finis* (21). Et ubique ab eâ quæ secundùm fatum vitâ avertentia, et ab eo quod est *corporalizare fatalibus gregibus* per quæ à sensibus non abducunt, et à desideriis materialibus; per hæc enim corporizamur, et corporati ex necessitate à Fato ducimur. (22) Coaptat enim similitudo entia ad invicem ubique, assimila-

(20) Fab. et Harl. *tota æterna* pro *toto æterno*.

(21) Habet in margine codex noster : *In altero exemplari nonnihil desideratur*. Vid. Annot.

(22) Pravè Fab. et Harl. *captat* pro *coaptat*. Vid. Annot.

tum autem cuicumque assimilatum est, eâdem cum hoc fruitur politiâ, quare et præside politiæ; nihil enim sine præside neque principatu est in universo, sive totorum dicas, sive partium. Principantur autem alia ab aliis, et enim hæc quidem aliter vivunt, hæc autem aliter. Deinde de divinissimâ nostrâ vitâ docentia et de immaculatâ politiâ, qualiter jam ab omni fatali politiâ absolvuntur. Quicumque autem (23) patris opera intelligentes reverendi fient, sortis fatalem alam (24) effugiunt.

XV. Hanc igitur et talem præjaciens vitam anima non erit eorum quæ ducuntur à Fato. Si autem velit corpora plasmare, et corporalibus bonis vocatis intendat, et honores persequatur et potentatus et divitias, idem patitur vinculato philosopho et in navem ingresso, etenim iste servit moventibus navem ventis, et si conculcet aliquis nautarum ipsum, et injurietur aliquis vinculantium. Valere igitur dicentes iis ad quæ alligamur, et virtutis valorem speculabimur, et Fatum non in nos aliquid operans, sed in ea quæ circà nos. Quoniam et quicumque extrinsecùs attingentia considere (25)

(23) Minus rectè Fab. *pacis* pro *patris*. Vid. Annot.

(24) *Aleam* proponit Fab.

(25) Rectè animadvertit Fab. hoc loco MS. esse hiul-

nobis muris spoliata est et lapidibus, ô amice, et ligna in flammam redegit, mortalia omnia et ustibilia, et pecunias dissipavit, extrinsecùs entia, et propter hoc apud alios fore potentia. Eorum autem quæ in nobis, nullus ita est potens, ut auferat aliquid, etsi omnem habeat humanam potestatem. Etenim si temperati sumus, illis insidentibus sumus; et, si speculatores entium, neque hoc habitu spoliamur; sed factis omnimodè diris illis ut dicis effectibus (26) nos laudantes perseveramus, omnium principantes et quærentes causas factorum.

XVI. Nequaquàm igitur ab ultimis operationibus exprobremus animæ necessitatem, sed à primis admiremur ipsius virtutem insuperabilem : et, si sic sapiamus, nihil nos turbabit deorsùm patientium, sed quandò corpore turbato et nos dira aliqua sustinere dicimus, non nos sumus qui dicimus, sed est concupiscentiæ verbum. Hujus enim et delectationes corporis, quare et tristitiæ. Et quandò spoliati pecuniis dolemus, aut non obtinentes, etenim τὸ amativum pecuniæ, hoc animæ est : et rursùm quando vituperati et à potentatu deciden-

cum, sicque supplevit : *extrinsecùs attingentia* CONCIDERE *nobis* VALET, CIVITATEM *muris* SPOLIAVIT, *et lapidibus, ô amice*, ...

(26) *Nos* omisit Fabr.

tes indignamur, non est ejus quæ sursùm animæ passio, sed ejus quæ circà cor, deorsùm habitantis. Etenim τὸ amativum honoris, illius est: quæ autem in nobis ratio in omnibus talibus decepta sequitur et simul conturbatur deterioribus, intellectus ens cæcus et nondùm purgatus illud, quo potest aspicere se ipsum et quæ ante ipsum et quæ post ipsum. Purus autem factus ab iis quibus amictus fuit quando decidit, cognoscet utique quod in ipso, quomodo neque in corporeis (post ipsum enim) neque in illis in quibus divini libertas arbitrii, (ante ipsum enim) sed in vivere secundùm virtutem. Hæc enim libera solùm et inservilis, et libertate decens et potestas ut verè animæ, et potestans qui hanc habet. Potestatis enim omnis opus τὸ habens ipsam continere et salvare.

XVII. Si autem quis in malitiam respicit, animæ in debilitatem respicit, etsi habeat omnem aliam potentiam. Alia enim organorum potentia, et alia eorum quæ debent uti organis. Omnis igitur anima secundùm quòd virtute participat, et quod est liberam esse: Secundùm quòd autem malitiâ et debilitate et eo quod est servire aliis, et non Fato solùm, sed omnibus ut est dicere, volentibus appetibile aut dare, aut auferre potentibus. Quoniam et qui virtutem habet servit iis qui desiderabile

ipsi acquirere et coaugere solis sufficientibus entibus, isti autem sunt dii, apud quos ut verè virtus est et à quâ quæ in nobis. Et alicubi etiam Plato voluntariam servitutem hanc maximam ait esse libertatem : omnem enim potestatem omninum habentibus servientes, assimilamur ad ipsos, ità ut et totum mundum dispensemus, ut ait ille. Perfecta (27) enim ens et superalata superelevatur, et totum mundum dispensat. Hoc quidem igitur divinissimis existit nostrarum animarum, sicut ultimis, veluti in carcere corpore (28) illigatis esse et vivere involuntariâ vitâ pro voluntariâ et liberâ : intermediis autem harum, secundùm quòd absolvuntur a passionibus et corporibus superascendere necessitati ad potentivantem generationi vitam.

XVIII. Etenim rursùm, si ante animam quidem est intellectus et Deus, post animam autem, passiones et corpora : et his quidem coactè agere convenit, intellectui autem et Deo modo meliori omni necessitate, et quod solummodò liberum : necesse igitur animam aut apud illos aut apud istos factam, aut necessitatem subintrare deteriorum, aut libertatem

(27) Sic Codex, Fab. et Harl. : meliùs verò fortassè : perfecta *enim mens*.

(28) *Corpore* omisit Fabr.

præmitti meliorum, et servire quidem aut desuper principatam, aut desubtùs. Servientem autem aut comprincipari principantibus sibi, aut conservire servientibus solùm. Hìc itaque ascendens anima resumens ipsius potentiam, scilicet virtutem, nihil dirum æstimabit etsi quodcumque fiat circà corpus et quæ extrà corpus. Non enim passiones organorum ad utentes transeunt, sed et iis qualitercumque habentibus operabitur quis secundùm virtutem, languente quidem si contingat corpore viriliter agens, sano autem temperatè: et paupertate quidem præsente, μεγαλοφρόνως, id est magnisapienter operans, divitiis autem magnificè: ubique autem ex iis quæ videntur affluere præextollens usuram virtutem, et contrariis oppositiones facientem inservilem, et interiori fugit eas quæ deforis plagas melioratus. Non enim æstimes quod solis vobis (29) admittitur dicere, datâ virtute datam movere gravitatem, hoc itaque multùm divulgatum, sed multò magis iis qui secundùm virtutem vivunt, datam ex omni virtutem aliâ virtute, quæ ut verè, ornare. Et qui quidem sic habet, generosus est et liber, malus autem omnium est servus, etsi principatur omnibus. Similis iis qui in Ægypto puniuntur, quibus larvas

(29) *Mechanicis*. Nota Fabricii.

ridentes circumponentes puniunt : et iis necessitas prævalet non tenentibus seipsos. Elongatis enim ipsis à Diis, tanquam brutis utitur universum.

XIX. Quandò igitur videre volueris τὸ in nobis, vide animam secundùm naturam viventem. Vivit autem secundùm naturam quæ non debilis. Nihil enim debile in eo quod secundùm naturam. Non est autem debilis, quæ non malitiâ repleta, debile enim malum in omnibus. Et, si sic respicias, videbis naturam ejus quod in nobis qualis quædam est, utentem omnibus circumstantibus rectè, et aut prohibentem fieri, aut factas passiones deteriorum curantem, tradentem autem Fato agere in ea quæ post ipsum, quorum est dominus, coordinatam autem iis quæ ante ipsam, à quibus melioribus entibus non abscissa est. Talia et de secundâ discussione à nobis dicta sint.

XX. Ad tertium autem consequenter accedentes dicamus qui sunt et quales modi cognitionum, quos indistinctos sinentes latebimus nos ipsos errantes et circà res et circà divini Platonis institutiones. Sive igitur aliam quidem intelligemus cognitionem ex ab Aristotele divulgatis, et à Platone etiam eam (30) quæ sine causâ solam cognoscentem ipsius quia ve-

(30) *Eam* omisit Fabricius.

ritatem : quoniam incipientibus purgari animabus attribuere primam constituerunt opinionem ipsam (31) vocantes, iis quidem qui erudiuntur circà agibilia, absolutis jam ab humanis circà entia tractantibus. Etenim παιδεία, id est eruditio est purgatio immensurationis passionum. Et multò magis ad (32) impassibilitatem à mediocritate passionum via, non adhuc ratione volente compati quidem sed mediocriter, omnem autem funem passionum exuente.

XXI. Hâc autem tantâ ente, alteram ad sursùm tradiderunt nobis ex eodem Gymnasio. Aiunt eam quæ ex principiis quidem procedentem, ut suppositionibus cognitionem et causas cognoscentem, omnia autem necessaria concludentem : qualem utique et Arithmeticam et Geometriam invenit quæ ab illis ratio, quia quidem et syllogizantur, et ex necessariis concludunt, opinativâ solùm cognitione suprà locatas. Quia autem usque ad sua principia stantes horum causas superiùs gaudere sinunt non multùm tractantes, propter hæc itaque à perfectissimâ cognitione deficientes se ipsas ostendentes. *Geometræ enim*, ait, *sermo non erit ad interimentem principia.* Quare hoc qui-

(31) *Notantes* Fab. et Harl.

(32) *Impossibilitatem* Fab. et Harl., nec non et codex noster : at legendum *impassibilitatem.*

dem erit et in iis planum, quod à principiis illis confessis: quod autem circà ipsa principia, obscurum et ignotum dimissum.

XXII. Tertium igitur superiùs ascendentes dic me dicere animæ cognitionem usque ad unum ascendentem et usquè ad insuppositum per omnes, ut est dicere, species, has quidem dividentem, has autem resolventem, ex unoque multa facientem et è multis unum. Hanc quam θριγκὸν quidem Mathematum determinat qui in politiâ Socrates, qui autem in Epinomide Xenus (33) colligationem ipsorum vocat (34). Ab hâc enim et geometræ et unusquisque aliorum scientium sumunt de suis principiis theoriam, multa principia et divisa ex uno omnium principio rejungentem. Quod enim in omnibus est entibus illud, hoc in Geometriâ quidem punctum, in Arithmeticâ autem monas, et in singulis quod simplicissimum: à quo producentes quæ sub ipsis singulæ scientiarum demonstrant. Sed horum quidem unumquodque dicitur quoddam principium, et est omnium enim entium principium simpliciter est principium, et usque ad illud ascensus summè scientiarum.

(33) Hospes qui apud Platonem loquens inducitur. Nota Fabricii.

(34) *Notat* Fab. et Harl.

XXIII. Quartum autem adhuc tibi et hâc simpliciorem intelligendum nostram cognitionem, quoniam non adhuc methodis utentem et resolutionibus aut compositionibus aut definitionibus, aut demonstrationibus : sed ἐπιϐολαῖς, id est, adjectionibus simplicibus et velut autopticis et per se visivis entia speculantem collaudant qui secundùm ipsam operari possunt, intellectum jam et non scientiam ipsam venerantur, dicentes. Aut non audisti Aristotelem quidem in demonstrativis libris sic aliqualiter dicentem, quòd melior omni substantiâ intellectus in nobis, et quis iste sit determinantem, quo *terminos*, inquit, *cognoscimus*(35). Platonem autem in Timæo, intellectum et scientiam circà entia, cognitiones esse animæ, prononciantem. Etenim videtur scientia quidem esse animæ, secundùm quòd est anima cognitio : intellectus autem, secundùm quòd anima est imago ejus, qui ut verè intellectus, etenim ille videns intellectualia, magis autem ens una, inquit, ἐπιϐολῇ, id est injectione vel intuitu et attactu intellectorum seipsumque intelligentem, et illa in seipso entia conspicit, propter quòd et intelligit quæ est, et quòd intelligens est simul intelligit cognoscens et seipsum quis est. Hunc igitur imitans

(35) Ὅρους definitiones. Nota Fabricii.

secundùm quòd potest anima, fit et ipsa intellectus, scientiam supercurrens et relinquens multas methodos, in quibus priùs decorabatur, et oculum solùm erigens ad entia; contingentia quidem et ipsa intelligens, sicut et intellectus, contingens autem alias aliaque omnia ille simul, *hanc enim fatalem connexuit*, ait, *omnium pater.*

XXIV. Quintam etiam post has omnes cognitiones intelligentiam volo te accipere, qui credidisti Aristoteli quidem usque ad intellectualem operationem sursùm ducenti, ultrà hanc autem nihil insinuanti. Assequentem autem Platoni, et antè Platonem Theologis, qui consueverunt nobis laudare cognitionem suprà intellectum et μανίαν ut verè hanc divinam divulgant : ipsum aiunt imum animæ, non adhuc hoc intellectuale excitantem et hoc coaptantem uni. Omnia enim simili cognoscuntur, sensibile sensu, scibile scientiâ, intelligibile intellectu, unum uniali. Intelligens quidem etiam anima et seipsam cognoscit et quæcumque intelligit contingentia, sicut diximus. Superintelligens autem et seipsam et illa ignorat, quo adjacens τὸ unum, quietem amat, clausa cognitionibus, muta facta et silens intrinseco (36) silentio. Etenim quomodò utique adja-

(36) *Intrinsecùs* Fab. et Harl.

cet indicibilissimo omnium, aliter quàm soporans quæ in ipsâ garrulâ materiâ. Fiat igitur unum ut videat τὸ unum, magis autem ut non videat τὸ unum. Videns enim, intellectuale videbit, et non suprà intellectum, et quoddam unum intelliget, et non τὸ autounum. Hanc, ô amice, divinissimam entis operationem animæ aliquis operans, sòli credens sibi ipsi, scilicet flori intellectûs, et quietans seipsum non ab exterioribus motibus sed ab interioribus, Deus factus, ut animæ passibile, cognoscet solummodò qualiter Dii omnia indicibiliter cognoscunt singuli secundùm τὸ unum quod sui ipsorum. Donec autem circà ea quæ deorsùm volvimur, incredulitatis habemus circà hæc, scilicet omnia divino cognoscente impartibiliter et superæternaliter; esse quidem æternaliter entia, fieri autem temporaliter quæ fiunt, neque tempore neque æterno ente in τῷ uno. Tot quidem sunt cognitionum species apud nos, ad quas utique respicientes, possibile solvere et quæcumque de eo quod est (37) scire animam hìc veritatem, et de non scire.

XXV. Quoniam autem tres fecimus discussiones, quas necessarias dicebamus esse ad quæsitorum dearticulationem, ad ipsas jam

(37) *Solvere* malè Fab. et Harl. pro *scire*.

transibimus dubitationes et secundùm unamquamque ipsarum consequentes apponam solutiones. Primò igitur scribis tanquam sufficiens argumentum ejus quod τὸ in nobis sit frivolum, sed opera (38) et cœlestium partium sola, ad singula eorum quæ fiunt factionem; hoc quòd et nos homines, in quibuscumque dirigimus (39), nos ipsos causamus eventuum: in quibus autem infortunamur, ad illam causam, scilicet necessitatem transferimus pro electione. Et hæc dubitans putas obtinere eum qui de Fato communem conceptum, tanquàm ente et principaliori ente in agibilibus quàm nostri impetus, et neque ego ipse video homines aliter aliqualiter habentes, quàm imputantes sibi ipsis directionis causam, peccatorum autem aliis. Sed in hæc differimus, quòd tu quidem multorum opinionem sufficere æstimas ad id quod de rebus indicium: ego autem illos quidem sic ratiocinari propter quamdam φιλαυτίαν, id est amorem suî malum et inconvenientem æstimo. Inter autem sapientes quibus competit ad totum et partes respicere, quem

(38) *Est* Fabric. pro *et*. Verùm utrumque quid significet haud satis liquet. Vid. annot.

(39) Κατορθοῦμεν, prospero successu gaudemus. Nota Fabric.

habent ad illa ordinem non negligere, omnium eorum quæ fiunt, principaliter quidem causare Deum, à quo bonum advenit omnibus; post illum autem, mundi periodum et tempus in quo quæ fiunt coaptantur totis et coordinantur, nullo super adventitio ente ad totorum politiam : tertiò autem se ipsos in quibuscumque præeligentes sortiuntur et sui ipsorum impetibus cooperantur ad rerum expletionem.

XXVI. Quandò autem aliquid evenit præter ipsorum electionem, tunc tota sola et illorum factionem ut vincentem causantes meritò, partialia quidem enim ubique cum totis necessarium operari, tota autem et sine illis et quod isto modo qui intellectum habent dividunt factiones, sed non ut tu ipsa divisisti. Audi Platonem in Legibus clamantem, quòd Deus quidem omnia et post Deum Fortuna et tempus humana omnia gubernant : nostrum autem ab iis tertium dicere consequi artem, in tempore enim hiemis (40) cooperari utique aliquid et gubernativam, et sanationis medicativam, et totaliter agibilium politicam. Sive igitur dirigamus, Fatum, tempus, et Deum causandum, ut quod fit tres causas habeat :

(40) Χειμῶνος, procellæ. Nota Fabricii.

hanc quidem ipsum facientem bonum, hanc autem ordinatam in unam ad omne homologiam, aliam autem humanam totaliter. Et enim omne humanum opus pars est universi, non è contrario autem, quià et aliis animalibus necesse partibus entibus omnis, et facere, sed et pati: omnis quidem hujus mundialis consistentiæ et dramatis, id est operis, pars finem habet bonum: nulla enim inordinata relinquitur partium sed contexitur ad τὸ benè universi, non è converso autem omne quod bono sortitur, cum mundiali politiâ coordinatur. Est enim et suprà mundum vita, et vita deorum et animarum suprà Fatum excedentium et Providentiæ soli consequentium.

XXVII. Ubi igitur hic τὸ in nobis? Quandò quid fit, connectitur cum periodo Mundi: et rursùm quandò ex illâ solâ efficitur. Ubi autem alibi dicemus, quàm in nostris interiùs electionibus et impetibus? Horum enim solorum nos domini: iis autem quæ extrà, factis, cum aliis et pluribus et potentioribus. Oportet enim quod extrà generabitur partem fieri universi ut et generetur: hoc autem coannuente et cooperante universo ut in se ipsum faciat omne, parte suî ipsius agens in aliud et ab alio patiens. Et propter hoc ergò et in iis quæ fiunt

hos quidem laudamus, hos autem vituperamus, tanquàm utique et ipsos propter electionem dominos factos, et qualia quædam utique sint quæ fiunt, talem non Mundum sed agentem dicimus. Non enim (41) ità à Mundo quod in ipsis quale, sed ab agentis vitâ. Coordinatur autem ad omne propter omne, et est tale iterùm propter partem. Et quòd hæc vera scribimus, manifestabunt tibi et responsa, sæpe victoriam dantia et nostris electionibus, et non soli ordini mundialium periodorum : puta quandò et dicunt : *te ipsum videns, verere.* Et iterum : *cognosce teipsum.* Jam institit et in aliis : *Extra corpus esse te ipsum crede, et es.* Et quid oportet dicere, ubi et ægritudines voluntarias pullulare nobis ajunt ex tali vitâ nostrâ nascentes.

XXVIII. Non ergo oportet quæ fiunt omnia remittere ad solum ordinem universi, sicut neque ad nostrum impetum : neque rursùm sequestrare animam à dominis electionum, in hoc ipso esse habentem scilicet in præeligere solùm, et hæc quidem declinare, iis autem accurrere. quamvis in iis quæ fiunt non sit domina universi. Oportet enim unamquamque causam hoc solùm expetere, in quo apta nata

(41) *Habentia* pro *ità*. Fabric. et Harl.

est. Natum est autem τὸ in nobis non esse activum solùm sed et electivum secundùm se; aut eligens agere cum aliis et peccare ipsum dicimus et dirigere propter electionem. Quoniam et si actum bonum sit et agens ex electione malâ operetur, malam dicimus actionem. Nam quod quidem in acto bonum, propter aliud; quod autem pravum, propter eligens. Sic ergò evidens est omnibus, nos actionum secundùm quòd sunt eligibiles, dominos existere.

XXIX. Post hanc autem quæstionem dicis, quod omnes homines de futuro sollicitamur in omnibus, etiam in iis quæ in nobis esse videntur. Et hic iterùm ut alterum argumentum scribis ad hæc quòd non simus domini alicujus nos, siquidem ignoramus quod eveniet. Manifestare autem hoc studium nostrum circà divinationes; etiam in quibus nos eligimus. Benè quidem igitur dicis, ut summatim est dicere, quòd ergò si amatores, divinationis omnes sumus, nihil est in nobis? Ego autem convertens dicam sermonem melior factus : quòd ergò si nihil est in nobis, sed ex motu solo coacta sunt quæ fiunt, non utique erimus amatores divinationis. Quæ enim in aliundè coactis opportunitas divinativæ, quorum et cognitio ut futurorum aut non

futurorum? Necessariis autem utrisque (42) entibus superflua. Nam necessarium, impossibilem non fieri, quamvis millesiès nos de ipso et præscientes et conciliantes existamus. Si igitur non, frustrà sollicitamur de futuro. Non frustrà autem, si quidem hoc secundùm naturam nobis: (nihil enim eorum quæ secundùm naturam, frustrà) oportet utique non omnia à circulatione ligantes cogere, sed aliquid et præcognitionem nobis proficuam poni, et vitas nostras non ut præcognoscentes patiamur solùm, sed ut per prænosse ad hoc, quod et ipsi aliquid cooperari futuris, aut non cooperari, simus promptiores ad hæc. Aut et non divinationes solùm, sed et orationes et sacrorum negotium omne ajunt conferre: aut et hoc unguento ungentes et coronantes expellemus et circùm scribemus, et neque sursùm tendere manus neque servire dabimus ad potentes suspendere cœlestes influxus. Frustrà etiam omninò homines Deum semper invocare in quibuscumque difficilibus speraverunt, et ipsum Apollo frustrà responsa dare, quia facientibus quidem hæc, fugere existet eas quæ à cœlestibus periodis appensas pœnas, non facientibus autem inefficax occurrere dirum.

(42) *Eventibus* pro *entibus*. Fab. et Harl.

XXX. Et quidem si non in ipsis esset facere et non, quomodò non et dividi ista et sequentia responsis dare electionibus penitùs inconveniens? Sed neque de Deo hoc proclamaremus, neque divinativæ et sacerdotalis utilitatem ex humanis vitis describerimus; quoniam et historias omnes barbaricasque et Græcas habes contestificantes, quòd propter divinativam sive ex divinâ inspiratione, sive ex humanâ arte multi utique sæpe cognoverunt quæ oportebat agere, et cognoscentes inexcusabilium malorum in futurum liberi extiterunt, quas relegere tibi promptum. Illud determino decens (43) ad præsentem speculationem, quandò et divinativam hanc multùm divulgatam, et eam quæ sacrorum habere locum dicimus, ad fieri aliquid et non, et quandò obtineri iis quæ ex universo delatis generationibus: tanquam ergò, quandoquidem quæ in omni omnia, divinæque et dæmoniales causæ concurrunt ad unum, et veluti idem loquuntur, tunc et sacrificii opera inefficacia videntur: oppugnare enim toti partem et contraria ferre impossibile: et præcognitio nihil apponit aut aufert divinatorum. Quandò autem multis

(43) *Decens* ut Fabricius sic et cod. nost.: sed habet quoque in margine *docens*.

entibus talibus hæc quidem aliquid aliud ferunt, hæc autem aliud; puta hæc quidem corruptionem, hæc autem salvationem ægrotantium, qualia utique secundùm unamquamque historiam est dicere in factionibus cœlestium in nos, tunc et sacra talis adducta solvit eos qui à lædentibus (44) defluxus iis quæ à proficientibus nobis, utens cooperativis virtutibus. Et futuri consideratio magnam habet partem in effectibus, et totaliter hic τὸ in nobis aut iis causis, aut aliis coordinatum, sicut in verberibus super auctum suî ipsius motu exhibet aliquandò quidem alium, aliquandò autem alium finem. Et hoc scito de iis quæ extrà fiunt. Ubique autem rursùm illud præexistere dico, scilicet qualem impetum et electionem characterizare τὸ in nobis, et esse hoc animæ opus in ipsâ manens, inecferibile in universum. Iis igitur consequenter, ut mihi videtur, ipse gubernat omnia animalia et nos et alia secundùm submissionem habere vitam ab aëre datam et à primâ latione, in cerebri quidem parte rationalem, in sensitoriis autem eamdem hanc innascentem circà alia et alia sensibilia, vocatam sensum, visum autem, auditum aut aliquem reliquorum tanquam

(44) Malè Fabricius *defluunt* pro *defluxus*.

subjectis differentem, unum autem et differentem secundùm se entem.

XXXI. Hæc autem audiens te ordinantem, mirum existimavi si philosophiæ amator et intellectualium speculationum; et quid dico intellectualium, sed et expertus earum quæ secundùm eruditionem viarum, et geometriæ et arithmeticæ inventionum, dein tantùm attribuisti sensibus, ut rationalis nostræ substantiæ et intellectualis, non idola hujus debilia, et per debilia organa vix tangentia cognoscibilia dicas : sed ipsam illam secundùm sub descensionem factos aliquali solâ organorum diversitate distinctos ab invicem et ab illâ. Et quidem aut alicubi et priùs ostendimus, sensu quidem omni inseparabili à corporibus ente, et ad seipsum converti impotente, rationali autem illâ et intellectuali vitâ seipsamque cognoscere aptâ natâ, et propter suî ipsius cognitionem ad se ipsam convertere; quia et omne cognitivum secundùm operationem conversum est ad cognoscibile, quare et quòd sui ipsius ad se ipsum. Qualem igitur vides intellectualis animæ et sensitivæ identitatem, ejus quæ deorsùm respicit, ad eam quæ sursùm tendit? In totorum principia consepulta in corporibus, ad eam quæ pura est à corporibus, in iis quæ secundùm naturam ope-

rationibus? Ejus quæ nusquam veritatem cognoscere potest, ad eam quæ semper intendit ad ens?

XXXII. Si autem non frustrà, neque in alio aliquo qui secundùm naturam appetitus et sortientem quandoque veritate, (45) si non dicere quòd et substantiam divinæ animæ ab æthere defluere inconveniens, si oportet impossibile inconveniens dicere. Quæquidem enim ab æthere animæ, corpoream generationem sortitæ sunt : animam autem demonstrat et Atheniensium Xenus corporibus omnibus entem seniorem. Si autem utique non corpus ætherem intelligis, sed intellectum æthereum, aut animam intellectualem æthera circùm ducentem; neque sic mihi videris verissimam causam invenisse animæ. Alius enim fons animarum à quo et æthereæ animæ, et quæ eorum quæ sub lunâ elementorum, et dæmoniæ animæ, et nos : et ad illam oportet respicere quam Plato quidem occultans veritatem, craterem appellare mihi videtur, et conditorem non ex æthere, sed antè corpora ibi alicubi tradit et commiscentem animam, uti ait Timæus, *et eam quæ omnis*

(45) *Sino* Fabricius et ipse codex noster. Sed is habet in margine *si non*.

animam commiscens miscuit. Qui autem à Deo traditi sermones fontem per se laudant omnis animæ empyrias, id est impyrialis, æthrerealis, materialis : et hunc sejungunt ex totâ Zoogonotheâ, id est speculâ, à quâ et totum fatum suspendentes, duas faciunt σειρὰς id est ordines, hanc quidem animalem, hanc autem, ut diximus, μοιραῖαν, id est sortialem, fatalem; et animam ex alterâ trahentes, quandoque autem Fato servire, quandò irrationalis facta Dominum permutaverit, pro Providentiâ Fatum.

XXXIII. Quod autem, sicut dixi, neque geometriæ et arithmeticæ non quòd intellectuali operatione dignam pronunciasti nostram animam sensibus ipsam coordinans, addisces utique considerans quòd hoc primum opus est scientiarum harum, cessare ab animâ eam quæ cum sensibus operationem, et abducere ex iis, ut possibile, et assuefacere intùs videre, et rationes videre immateriales, et demonstrationes inquirere contrariantes sensibus : ii quidem enim recusant impartibilitatem, hæc autem ab impartibilibus esse existentiam partibilibus ait et principia, iis quidem partibilia, iis autem impartibilia. Et sensus quidem, quæ aliquid et singularia cognoscere putant : eæ autem universalia, et

quorum eadem natura semper, quam non à sensibilibus acceperunt. Non enim sunt quæ imperfecta perfectorum causa, sed desuper ab intellectu, propter quòd et judicant sensus, et exprobrant ipsis grossitiem cognitionis, eas quæ cum passionibus perceptiones cognoscibilium indeterminabiles à sensibus motus.

XXXIV. Etenim sunt enter (46) ludicræ cognitiones, quæ sensuum cognitiones; quæ autem illarum jàm studiosæ et assuefacientes, à ludicris quidem absolvi, venari autem entis cognitionem pro ludicrâ. Hanc quidem igitur vitam et fatalem esse et pati aliàs alia cum corporibus in quibus consistit quod à Fato necessarium. Omnis enim species à materiâ separabilis, indè et abgeneratur et continetur: conversa enim ipsa ad se ipsam non contingit dicere, quòd aliud quidem est quod extrinsecùs ipsi advenit, aliud autem τὸ verum; dicit autem illud solum, quod passionem nuntiavit, propter quòd et ab altero mobilium est operationem non habens ab altero mobilium puram; sed intellectualem quidem secundùm ipsius naturam, non tolerantem autem violentis passionibus sensus assequi, in se ipsâ autem judicatoria continentem de foris falla-

(46) *Entes* Fabric. pro *enter*.

cium motuùm, et apponentem quidem τὸ deficiens quibus sensus patitur, arguentem autem ipsorum mendacium, et hæc de proprio agentem. Non enim ab iis quæ sensûs est (47) judicare sensum, sed ab intellectualibus rationibus, quas non potest suscipere sensûs cognitio. Ex contrario itaque sensui ponendum immaterialem et separabilem et (48) ex se operativum : et huic quidem et electionem dandum inclinationis ad utraque sursùm et deorsùm; ad intellectum à quo genita est, et ad sensum quem genuit. Sensui autem et omnibus simul incorporatis vitis quod sine electione, quia et corporibus. Media enim rationalis anima intellectûs et sensûs ens, fertur quidem ad ambo propter instabilem electionis inclinationem, fit autem secundùm habitudinem utrumque extremorum, quorum secundùm substantiam neutrum est : manifestat autem ipsius medium et quæ ab intellectu perfectio, et quæ à sensu deceptio. Dogma quidem igitur talem habet directionem, ut mihi videtur.

XXXV. Ad eam autem quæ de bono opinionem, quam intermediè sermonum projecisti,

(47) Ἃ τῆς αἰσθήσεώς ἐστι. Nota Fabric.

(48) Malè Fab. : *in se* pro *ex se*.

quod quidem singulis delectabile, dicens bonum; hoc autem esse (49) positione, obtinere enim alia legalia apud alios. Verecundarer utique in me ipsum, sinon manifestè ad virum amicum scriberem quod videtur, tanquàm utique et electioni meæ indignum sit, ut æstimo, opinio de iis, et ætati quam habens existo. Juveni enim quidem viro talem fieri opinionem, nihil mihi videtur mirum ad opiniones hominum in pluribus juventute aspiciente; intellectum autem senilem præsidem statuenti intellectualis (50) prudentis judicii conceptus convenire existimo, et non quoscumque multorum famæ et illibatæ (51) lationes perstrepunt. (52) Sive igitur, quoniam Persis quidem alia et delectabilia et legalia delectabilibus illis congrua, Græcis autem alia de eisdem iis videntur, et aliis alia: propter hæc ad aliquod bonum, et hoc sicut et delectabile phantasiatur aliud aliis. Solùm enim utique hoc entium natura ut dicitur esse et est. Et quicumque quidem ipso naturâ singulis ente bono sortitur, finem utique

(49) Malè Fab.: *potitione* pro *positione*. Vid. annot.

(50) In margine *intellectualiter* pro *intellectualis*.

(51) *Illibratæ* Fab. pro *illibatæ*, quæ duo idem significant.

(52) Fab. *nunc igitur* pro *sive igitur*.

habebit homini convenientem : quicumque autem ab illo peccat, etsi millies delectetur in præsentibus sibi et apparentibus bonis, imperfectum talis delectationis fructum metit.

XXXVI. Sed erat ut videtur verum, uno inconveniente dato alia accidere, quod utique et ipse pati mihi videris. Fatum enim præstituens animæ, coordinasti ipsam irrationalibus sensibus : iis autem conductis in idem, debili commiscuisti bonum, oportet autem et priora et hoc ab animâ ejicere, ut non lateamus nihil differens dantes hominibus aut brutis animalibus, quorum vita quidem inconvertibilis ad se ipsam, curvatur autem in terram natura, passionibus autem materialibus commassata est cognitio. Et hæc etiam Platone adamantinis, ut est dicere, explicante sermonibus. Quod ergò bonum non est, non est delectabile idem, neque si omnes boves hanc proferant sententiam. Non enim nos esse boum delatores sed Deorum, apud quos obtinet intellectus, et quod entis bonum quod et ipso intellectu divinius est. Hæc in Gorgiâ accepta, et in Philebo, et in Politiâ, superfluum existimo per hæc scripta rursùm evidenter dicta (53) fabulari.

(53) *Scripta* malè Fabric. pro *dicta*.

XXXVII. Hoc autem apponam dictis, quòd boni quidem investigationem non permiscendum delectabili, (non sic nos petulantia delectationis faciat desipere) humanorum autem et legalium et præparationum omnimodas diversitates referendum ad diversas animarum vitas rationales, iracundas, concupiscitivas, ab iis enim illæ pullulant; (54) *non enim à quercu* aiunt *neque à petrâ*. Sed hos quidem multorum capitum bestia persuasit talia lege statuere qualia Persas, alios autem leoninum animæ in aliud transposuit qualia Thraces: aliis autem prævalet ratio in legalibus et verè bonis. Et delectabile quidem omnibus commune. Omni enim delectabile præsens quod appetibile, bonum autem non omnibus, sed in quibus præsidet ratio. Non enim vident passiones bonum, sed sola hæc. Et huic quidem delectabile et bonum idem, passionibus autem cæcis non dedit conditura, boni investigationem, sed delectabilis, unaquæque enim vitæ species inimpeditè mota delectatur. Quare legalia quidem multa, et delectabilia omnimoda, et aliis alia; bonum autem apud illos solos, in quibus ratio prævalet passionibus. Non enim

(54) Codex habet in margine, et Fabricius in notâ refert: οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός, φησιν, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρας.

concupiscentiæ dandum principatum, ut non asinis idem patiamur; neque furoribus, ut non leonibus: sed ei quod in nobis optimo, et quod solum sumus, aut secundùm quod maximè sumus. Etenim omnibus ex pluribus entibus, deterioribus et melioribus secundùm melius esse. Nam quod melius conjecturat boni natura.

XXXVIII. Sed quæ post hæc scribis dubitans, videris utique mihi in multis locis audiens Socratem dicentem nihil scire, et dicentes omnia scire deridentem, et adhuc nos abscedentes hinc verum maximè cognoscere extendentem et certiores scientias neque ipsas scientias entes arguentem, dubitare ne fortè neque totaliter sit cognoscere verum, sed solùm somniare circà ipsum. Et quidem oportebat cointelligere, si non est cognoscere verum, non magis si est τὸ in nobis, nescimus, quàm si non est; ignorantia enim amborum similiter positionem recusat. Quomodò igitur ad ostentionem ejus quod non in nobis, utimur ignorantiâ veritatis? Ignorantiâ ad esse hoc et non esse eamdem potentiam, magis autem impotentiam habente.

XXXIX. Sed ut nihil tale patiamur, nos prædivisimus cognitiones omnes: et quibus hìc anima participare potest, et quibus supremum sumens ordinem, quas has quidem

habens Socrates, has autem sperans se habiturum absolutus à corpore, illùc ait perveniens scire verum. Metra enim alia, et alia cognitionis entia exhibuerunt ipsi occasionem talis spei. Quoniam et hæc significatorum solitudine sunt Platonis amicis, si non solùm purgativè, sed et speculativè possibile est vivere animam : circumferentem grossum hoc vinculum, et mediocriter, ut æstimo, discussione sortitus est sermo, quòd fortè speculari quidem et hìc possibile, ut eum qui in Theæteto coryphæum de cœlo astronomizantem, et omnem entium naturam omniquaque perscrutantem , et eos qui in Politiâ phylacas usque ad bonum per dialecticam illam ascendentes, quam θριγκὸν mathematibus instituit , speculativum autem rursùm fieri perfectè impossibile, propter causas quas ipse in Phædone docet, corporis occupationes et molestationes, non sinentes sine impedimento et indistractam in nobis fieri operationem illam. Vitæ enim est τo speculativum , nomen operationis autem speculatio et Unius.

XL. Et etiam quandò Mathematicas scientias hoc ipsum non permittit vocare scientias, non tanquam demonstrationum necessitatem ipsas habere negans dicit hæc aliqualiter , sed tanquam à supremâ scientiarum deficien-

tes determinat. Et cur enim non oportet dicere planè à dialecticâ, quæ non adhuc punctum aut Monadem hanc, sed ipsum τὸ Bonum principium ponit, et omnium principia considerat. Undè, ut æstimo, et mathematibus quidem in decisione lineæ secundam assignat partem, in materialibus autem omniquaque et separatis speciebus eam quæ antè has et cognitionem instituit, iis quidem eam quæ ex suppositione, iis autem (55) eam quæ sinè suppositione : hanc autem ergò et qui Epinomida composuit. Olim enim nobis hæc pigritia coegit et indicium et sententiam colligationem vocavit Mathematum, tanquam unientem illorum omnium principia, et remittentem in unum omnium principium (56).

XLI. Si autem utique et nihil scire Socrati promptum, et Pythii responsum propter hoc ipsum sapientissimum omnium protulit, ut ipse (57) exponit responsum, considera profundum et Dei et Socratis, quomodò utique τὸ nihil scire solum dicit excellens bonum existere, sed non scientem et hoc scire quod non novit. Hoc quidem enim videtur esse præ

(55) *Eam* deest in Fabricio.

(56) Pro quibus hæc modò leguntur in Fabric. : *tanquam unientem illorum principium.*

(57) Malè Fabric. *imponit.*

opere (58) futuris sapientibus. Secundùm veritatem autem in idem tendit sapientiæ, et sapiens enter est qui novit se ipsum enter non scientem (59), et non ignorans quod non novit. Cujus enim alterius est nosse non scientem unumquemque quàm cognoscentis? et scientem oportet enim utique et ipsum nosse perfectè quod non novit; si quidem non scientem se ipsum sciet: hoc enim ignorans, neque si novit ignorabit utique. Quare nullus utique seipsum prius non scientem cognoscet perfectè, antequàm scientem cognoscat, tunc enim et quod novit simul, et quæ non novit sciet, et quod novit cognoscet et quod non novit, mediam habens notitiam et solummodò scientiam, et eorum qui non totaliter, quorum hoc quidem est intellectus, hoc autem sensus, hic quidem neque totaliter sciens veritatem, quia neque substantiam novit, neque ipsam sensibilium quorum esse fingitur cognitio : hic autem ipsam Entis substantiam immediatè sciens, et ipsam Entis entem veritatem.

XLII. Media autem horum ens anima et novit substantias entium, tanquàm antè sensum ens, et non novit tanquàm post intellectum

(58) In margine πρ᾽ εὔργου.

(59) *Sapientem* Fabricius.

ens. Sapiens ergò quis factus cognoscet et quod novit sciens, et quod non novit sciens, tantùm, amice, Socrati et responso de eâ quæ ut verè sapientiâ competens. Neque ergò propter Mathematicas scientias à primâ scientiâ distinctas, neque propter spem Pythii responsum, exterminare oportet eas quæ de scientiâ rationes. Plato enim est ipse qui clamat, quod utique interimentem scientiam de nullo neque de contingente adhuc affirmare possibile. Sed quam quidem scientiam sumet utique anima et cum corpore ens, et quam erepta à vinculo, et quas quidem cognitiones simul et non scientias esse ponet. Unam autem eam, quæ ut verè scientiam et intellectum scientiâ meliorem et intellectu divinificam intelligentiam, et hanc esse cognitionem quam anima phantasians et in hâc vita accipere non potens desiderat eum qui à corpore exitum, tanquam ibi sortitura supernaturali hâc et divinali entium comprehensione. De iis quidem igitur satis.

XLIII. Consequenter autem iis quæ diximus dubitas, cur utique boni quidem deteriùs agunt, peccantes à finibus quos præstituerunt; mali autem sortiuntur ea quæ appetunt? Tu quidem itaque et hoc existimas esse argumentum hujus, quod non sit τὸ in nobis. Et

quidem licet et aliis melioratis secundùm dubitationem dicere, quòd si ejus quòd non sit τὸ in nobis, est argumentum hoc, quòd non secundùm intellectum eveniunt bonis negotia; et ejus quòd sit hæc quòd secundùm spem malorum ipsa fiunt, idem argumentum erit. Meliùs autem non oppugnativè sermoni adjicere, sed ostendere tibi tantùm, quòd dubitationem hanc non ad interemptionem ejus quod in nobis, novi antiquos proponentes, sed ad inquisitionem Providentiæ. Et magis perseveranter agonizantes, ad ipsum Plotinum illum, Iamblichum, æquivocum tibi (60). Etenim enter concutit de Providentiâ nostras invictas præacceptiones fortunalium rerum inexpectata illatio, et intellectuali inspectione indiget negotium, si debeat quis occursor à dubitatione istâ salvatus committere Providentiæ omne. Novi quidem igitur, ut dixi, non ad interemptionem ejus quod in nobis, sed Providentiæ hæc dubitata prioribus.

XLIV. Quòd autem et hæc, non multo opus est argumento, sicut ejus quòd non sit τὸ in nobis, sed quòd sit, magis addiscemus, illud cointelligentes. Quòd ergò nullius nobis dominis entibus, neque electivam vitam

(60) *Theodorum Asinæum*, nota Fabricii. Vid. annot.

habentibus à se ipsis, neque bonis neque malis, à nobis entibus, sed plasmatis aliundè, non adhuc locum habet dubitare de eventibus, entibus aliundè malis aut bonis, tanquàm præter dignitatem evenientibus. Si enim non se ipsos tales effecerunt, neque utique retribui utrisque oportebit pro vitâ, neque totaliter debebitur aliquid iis qui non sunt causa vitæ quam habent. Quarè si præter dignitatem retributio fortunalium, ipsi vitarum utiquè erunt causa, quorum dignitate in distributis ab universo sortiri volunt : quoniam et omnium eorum quæ circà nos, non in iis quæ à totis habemus, exigimus retributiones habere, sed in quibuscumque aliquid cooperabimur. Si ergò non est τὸ in nobis, nihil habemus à nobis. Si hoc, neque expetemus retributiones eorum quæ aliundè in nos veniunt. Si hoc, neque eam quæ præter dignitatem distributionem eventuum causabimus.

XLV. Si ergò non est τὸ in nobis, non oportet quærere quomodò præter dignitatem boni quidem (61) à finibus peccant, mali autem obtinent. Sed ente eo quod in nobis, et Providentiâ omnium obtinente, et tibi adducentes persuasionem post violentiam dicemus.

(61) Malè Fabr. *quidam.*

Quomodò ergò? Non enim erat τὸ in nobis eorum quæ extrà, dominans, sed cooperans. Quarè meritò, quæ quidem intùs, secundùm sui ipsius disponit potentiam, quæ autem extrà, non adhuc, indigens et aliis, ad aliorum dispositionem, non in ipso jacentibus. Et ego valdè lætor ad tales dubitationes, videns generosum adventitium, qui sæpe jubeo non confundere quæ in nobis cum iis quæ non in nobis : neque sic habere de iis quæ non in nobis, tanquam ipsa fieri omninò, ut non et facta difficulter feramus. Nunc autem tanquam et illis assequi iis, quæ in nobis, debentibus, dubitatio accidit non factis, et supponentibus nobis ut bona quæ non bona, et fieri quærentibus. Meliùs autem erat, quæ quidem in nobis enter entia et quærere semper et acquirere sibi ipsis; quæ autem extrà et non in nobis, relinquere facientibus tanquam dominis et scientibus quæ faciunt. Ad omnia autem quæ (62) non in nobis, præparatos esse per ea quæ in nobis. Sed qualiter quidem habeat dubium ad id quod in nobis, ostendimus tibi per talia. Ad sermonem autem de Providentiâ magìs utique aliquid dices, sicut diximus. Et dicta sunt multa ab antiquis quos dixi viris et sic solvunt ipsum.

XLVI. Rursùm igitur quæris, quid τὸ in no-

(62) *Non* malè omisit Fabr. Vid. Annot.

bis? Quod in principio sermonum oportebat quærere. Deindè ad ipsum dubitans. Quærens autem definis hoc esse, quod à nullo potestatum neque obtentum, sed et verbo dicens sic, αὐτοπερίγραπτον, id est ipsum circumscriptum, et αὐτενέργητον, id est ipsum operativum. Si autem hoc, et incorruptibile omninò, et potentissimum, et soli primo competens præsidi omnium entium, nobis autem τὸ in nobis non adhùc conveniens. Hunc itaque terminum longè ab intelligentiâ ejus quod in nobis, quam habentes antiqui hoc humanis animabus attribuerunt, ego pono. Considera autem et tu ipse, quàm vera dico. Ubiquè τὸ in nobis ad insinuationem assumunt operationis electionis, nos facientes dominos electionis et fugæ, et ut alicujus bonorum aut contrariorum. Sicut enim idem dicunt electionem et voluntatem, sed hanc quidem esse boni solùm, electionem autem bonorumque similiter et non bonorum, sicut utique δόκησιν id est expectationem non bonorum : propter quod et characterizare animam electionem similiter entem amborum et competere mediæ naturæ ei, quæ ad ambo vertitur. Et hoc etiam communis fama testatur. Electiones enim horum quidem (63) laudamus, horum autem

(63) *Quidem* deest in Fabric.

vituperamus. Malum autem omnibus involitum dicimus, et malum videtur bonum esse eligentibus ipsum, anima enim nulla cognoscens malum eligeret utique, sed fugeret. Propter ignorantiam autem studet circà ipsum : acutum quidem amorem boni secundùm naturam habens, alicubì autem bonum videtur impotens.

XLVII. Animâ igitur habente in substantiâ eam quæ ad ambo inclinationem, τὸ benè dico et τὸ malè, hanc potentiam ipsius electivam vocaverunt, propter quam aliud præ alio nati sumus eligere. Et sumes utique ex divisione definitionem talem potentiæ hujus. Quoniam omnis potentia aut rationalis est aut irrationalis, necesse et electionem in altero horum esse : non ens autem irrationalis, sine electione enim vivere illa omnes dicimus, rationalis utique aliqua erit potentia. Omnis autem rationalis potentia aut cognitiva est aut appetitiva, sicut et omnis irrationalis. Electio autem ipsum hoc quod dicitur electio ens et desiderium, appetitus aliquis utique erit. Omnis autem appetitus aut ad solum aspicit ut verè bonum, aut ad solum apparens bonum, aut ad ambo. Electionem autem neque ad solum verè bonum respicere dicimus, non enim utique unquàm vituperaretur justè : neque ad solum apparens,

non enim utique et laudaretur sæpe. Ad ambo ergò nata est talis potentia.

XLVIII. Est ergò, ut summatim dicatur, electio potentia rationalis appetitiva bonorum verorumque et apparentium, ducens ad ambo animam, propter quam ascendit et descendit, et peccat et dirigit. Hujus potentiæ operationem videntes, biviam in nobis vocaverunt ad ambo ipsius inclinationem. Quare erit utique electionale, et τὸ in nobis, idem Et secundùm hanc potentiam et à divinis differimus et à mortalibus (64), utraque enim sunt insusceptiva ejus quæ ad ambo inclinationis : hæc quidem in bonis veris solummodò locata, propter excellentiam ; hæc autem in apparentibus, propter defectum. Quoniam et hæc quidem intellectus characterizat, hæc autem sensus : hic quidem noster rex, hic autem nuncius : medii autem nos in electione fixi, et potentes quidem ad ambo moveri, ubicumque autem moveamur, à totis obtenti ex eâ quæ secundùm dignitatem sortientes ; siquidem ad melius, ut intellectus : si autem ad deterius, ut sensus. Non ergò in omnium potestate et potentiâ τὸ in nobis : quæ enim omnibus potestativa, potentia unialis est, et propter hoc omnium quia una et boni-

(64) *Mortualibus* Fabr.

formis. Quæ autem electiva, dualis, et propter hoc non omnium : quia iis quæ ad ambo inclinationibus minorata est ab eâ quæ antè omnia est. Fieret autem utique et ipsum omnium, si non electivum impetum haberet, voluntas autem sic solùm. Nam volita vita est secundùm bonum, quæ et τὸ in nobis facit potentissimum, et Deiformis enter existit, propter quam et anima fit Deus, et totum mundum dispensat, ait Plato.

XLIX. Neque ergò primò τὸ in nobis, sicut neque ultimo convenit, sed medio. Tu autem, ut videtur, potestatem existimasti significare τὸ in nobis, omnium dominantem, ducentem omnia secundùm suum impetum, obtinentem omnia quæ desiderat, non definiens potentiam in appetibilibus, quæ intrà ipsas animas efficientibus talem eligentem animam; sed dans sibi et eorum quæ non in nobis, potentiam. Quæ enim extrà animam, non in nobis : propter quòd et commixta vita nostra ex iis quæ non in nobis et iis quæ in nobis. Et apud studiosos quidem multum τὸ in nobis : omnibus enim utuntur, etiam iis quæ non in nobis mensuratè (65) propter virtutem, et iis utentes, et velut in seipsis facientes semper quod præsens

(65) *Mensurare* malè Fab. pro *mensuratè*.

ornantes. Apud multos (66) autem τὸ non in nobis plus; assequuntur enim iis quæ extrà, non habentes intùs vitam potentem ipsis assimilare illa. Unde et ii quidem liberi dicuntur esse et sunt propter operationem ejus quod in ipsis, et ejus quod non in ipsis. In servilem autem alii vociferantur necessitatem, consepelientes cum iis quæ non in ipsis quod in ipsis, et omnia habentes non in ipsis.

L. Super omnia colophonem dubiorum nobis apposuisti. Interrogans enim si novit Deus futurum apud nos, sive non novit? Et si quidem non novit, nihil ipsum à nobis differre dicas, non scientibus neque ipsis. Si autem novit, fore penitùs hoc quod novit, et ex necessitate. Hoc autem non τὸ in nobis perimit solùm, ut utique videbitur, sed et omne quod dicitur contingens, et consuevit etiam hoc ponentibus non omnia coacta esse, et est, ut est dicere, millies dictum, et complicant quidem conjunctum omnes ità. Si novit deus omne futurum, ex necessitate erit quod futurum. Sed ii quidem falsum esse ajunt, deum determinatè nosse omne, sed ajunt etiam ipsum in determinari in fientibus indeterminatè, ut salvent contingens. Alii

(66) In margine cod. τοὺς πολλούς.

autem determinatam cognitionem attribuentes Deo, admiserunt necessitatem in omnibus quæ fiunt. Peripateticorum et Stoïcorum hæresum sunt hæc dogmata. Plato autem et quicumque huic amicus, et Deum determinatè scire futura, et fieri contrà secundùm ipsorum naturam affirmant hæc quidem determinatè, hæc autem indeterminatè. Eorum enim quæ in effectis divisim et sub contrariè invicem sunt, in Diis secundùm melius solùm est præacceptio. (67)

LI. Dico autem, puta genitorum aut incorporeorum entium aut corporum, incorporaliter sunt amborum causæ apud illos, et cognitio eodem modo incorporea. Et iterùm intellectualium et non intellectualium entium, intellectualiter ambo apud Deos et secundùm existentiam et secundùm scientiam. Cognoscunt enim et quæ non intellectualia, intellectualiter. Et rursùm eorum quæ fiunt indè intemporalium aut temporalium, intemporalis locata est apud ipsos causaque et cognitio. Quare, quoniam et determinata et indeterminata quædam fiunt, secundùm melius amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum præacceperunt. Adhuc autem, non quale est cognoscibile talis et cognitionis

(67) Malè Fab. *præacceptis* pro *præacceptio*.

species, sed quale cognoscens. Meritò, neque enim cognitio in cognoscibili est, sed in cognoscente. Huic igitur similis et conformis est in quo est, non illi in quo non est. Si igitur et cognoscibile indeterminatum, sed quandò determinatum est quòd cognoscit, non propter cognitum indeterminata est cognitio, sed propter cognoscens, determinata. Etenim meliori modo est deterius cognoscere, et deteriori modo melius.

LII. Quare quoniam Dii omnibus meliores, meliori modo omnia præacceperunt : et hæc quæquidem sunt, ante tempus quidem quæ secundùm tempus, ut diximus : incorporeè autem corporea, immaterialiter autem materialia, et determinatè videlicet quæ indeterminata, et stanter instabilia, et ingenerabiliter genita. Non igitur si cognoscunt futurum, ex necessitate fixit huic eventum : sed huic quidem indeterminatam ex determinato generationem dans, Diis autem determinatam indeterminati præcognitionem. Neque enim tua fictio (68) tympanis et cornis (69) utens et materiis corporalibus, si tuâ præcognitione corporaliter erat : sed illa quidem incorporaliter phantasia et vitaliter habuit futuri ra-

(68) Fixio, παράπηγμα, astrolabium. Nota Fabricii.

(69) Fortassè tornis. Nota Fabr.

tionem : factum autem παράπηγμα id est fixio corporaliter confixa ex non tali intrinsecâ cognitione. Si autem hæc in tua factione, quid utique dices de Deorum præcognitione, apud quam indicibile existit et entis inenarrabile nobis et incircumscriptibile, non tanquam alius modus omnium περιοχῆς id est circumsidentiæ et nullatenus συγγενὴς congener iis quæ ab ipso fiunt. Quarè et cognoscunt Dii divinè et intemporaliter quæ in nobis, et nos operamur ut apti nati sumus. Et quodcumque eligimus, præcognitum est apud ipsos, non propter in nobis terminum, sed propter eum qui apud ipsos.

LIII. Hæc tibi, ô amicum caput, de iis quæ interrogasti respondi, potens et per se ostendere quòd est τὸ in nobis, à laudibus et vituperationibus, à consiliis et à provocationibus aut dehortationibus, à judicatoriis et accusationibus aut defensionibus, à politicâ omni eruditione, à legislationibus, ab orationibus, à sacerdotalibus viis, ab ipsâ philosophiâ. Benè enim nosti et meum institutorem (70) dicentem sæpe, quòd τὸ in nobis interemptum, superfluam pronunciat philosophiam. Quid enim erudiet, nullo ente qui erudiatur?

(70) Syrianum, nota Fabricii. Vid. Annot.

Quomodò autem erit aliquid quod erudiatur, non ente in nobis quid fiamus meliores. Hæc igitur iterùm atque iterùm reconsiderans, si aliquid adhuc dubitas, nullatenus patiaris (71) scribere. De quibus enim utique et congruet nos facere sermones, quàm de iis, in quibus nullus utique nos nugacitatis accusabit, facientibus disputationes. Cum autem qui ex superbiâ cumulum et laqueum omnem qui ex eodem illis exercitio ajunt stultiloquium, inclino tibi non adventitiè mihi.

(71) Te pigeat. Nota Fab.

PROCLI

DE DECEM DUBITATIONIBUS

CIRCA PROVIDENTIAM

LIBELLUS,

INTERPRETE

GUILELMO DE MORBEKA,

ARCHIEPISCOPO CORINTHI.

ARGUMENTUM.

1. NUM Providentia ad omnia et singula pertingat, sive, ut Guilelmi interpretis verbis utar, *si Providentia est omnium, totorum, partium, et usque ad individuissima cœlorum et eorum quæ sub cœlo, æternorum et corruptibilium.*

Hoc affirmat Proclus, atque unumquodque singularium è rebus etiam minimis ab unius Optimi Maximi Numinis bonificâ ut appellat Providentiâ dependere contendit. *Nihil enim effugit illud unum, sive in esse dicas, sive in cognosci. Et dicitur quidem, et rectè dicitur, et in centro totus circulus esse centraliter, siquidem causa centrum, causatum autem circulus, et in unitate omnis numerus monadicè propter eamdem rationem. In Providentiæ autem uno majori modo omnia sunt. Siquidem et unum majori modo illud quam centrum et monas.*

2. Quomodò contingentia præsciat Deus iisque provideat?

Respondet Proclus, Deum pro perfectissimâ naturâ suâ cognoscere in spermatibus suis et causis indeterminata determinatè, sicut et incorporaliter et indistanter distantia et corporata. Quàm in rem plura disputavit libro ad Theodorum, Mechanicum, cap. 50, seq.

3. Num et determinatorum et indeterminatorum sit causa Providentia secundùm idem et eodem modo?

Respondet Proclus, providere nihil esse quàm benefacere: hinc pro suo quæque modulo et ordine participare de uno illo bono, ut et ipsi unitas, et indeterminatis libertas constet. In eodem capite probat; providere Deum contingentibus etiam et indeterminatis, ne illa sint velut super adventitia in universo. *Si itaque et volunt* (utpote autores) *providere determinatè indeterminatis, et possunt Dii omnino utique et provident, et providentes cognoscunt*

provisorum dignitatem. Et Dii quidem exaltatim et ad omnia suî ipsorum extendentes Providentiam, dæmones autem partientes illorum super existentiam, hi quidem aliorum gregalitatem acceperunt, hi autem aliorum, ut ait ille, ut ultimam consummantes partitionem, ut hi quidem hominum sint, hi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum præsides, et adhuc partialiùs, hi quidem oculi, hi autem cordis, hi verò hepatis. Omnia autem sunt plena Diis, his quidem et his immediatè providentibus, sed ultimis per se participare primis non potentibus.

4. Quomodò Deorum participationes fiant, sive quomodò Dî providentes in inferiora operentur?

Respondet Proclus, pro participantium idoneitate, *rationaliter in rationalibus, intellectualiter in intellectualibus, phantasticè et sensibiliter in iis quæ secundùm phantasiam, aut sensum vivunt; essentialiter autem et per esse solùm in his quæ sine vitâ esse obtinent. — Igitur et Providentiâ suprà entia omnia secundùm ipsam divinam unionem locatâ et*

operante, unam operationem uni convenientem omne accedens participat, et ità ut aptum natum est. De oraculorum defectu ità disserit, ut operatione Dei manente semper eâdem, loca vel homines inidonei sint ad eam participandam, velut si facie aliquâ stante, speculum ejus imaginem jàm fulgidùm suscipiat, jàm obscuriùs vel debilem vel planè nullam reddat. *Sive igitur dicat quis* χρηστήρια (*) *quandoquè quidem divinativis participare Diis, quandoquè autem deficere inefficacia facta, et velut* ἄπνοα, *i. e. sine spiritu secundùm quoddam tempus, in hoc reducendum causas irregularitatis, indeficientibus spiritibus utentibus et operantibus in potentiâ participare ipsis semper. Nam veracia* χρηστήρια, *quæ apparentibus complent angelique et dæmones, et heroës, in quos illustrant Dii et semper entes in universo sortes, quamvis aquæ aliquæ et hiatus terræ non semper participare illis possint propter suî ipsorum instabilem naturam : sivè rituum virtutes,* ἀγάλματα, *i. e. imagines introeuntes quandoquè et viven-*

(*) Χρηστήρια, oracula.

tia facientes et replentes divinâ inspiratione, deficiunt in quibusdam periodis. Et horum defectum æstimo remittere convenit ad suscipientia, et non ad variationem operationis Deorum, inspirantium ipsi. Nequè enim lunæ deficientis solem causare audemus, sed incidentiam ipsius in conum.

5. Undè et cur malum, cùm sit Providentia?

Respondet Proclus duo haberi malorum genera; unum in corporibus præter naturam; in animabus contrà rationem. Neutro autem regnum Providentiæ (ut verbo interpretis utar) molestari, sed malo huic finem esse bonum, et universi varietatem ac perfectionem : nam omne, quod præter naturam, fieri, ut aliquid fiat eorum, quæ secundùm naturam, sed non vicissìm. Atquè inter spiritus perfectiores et brutas animantes debuisse quoque medias interpositas esse animas, ratione simul et irâ atquè concupiscentiâ præditas et libertate arbitrii gaudentes.

6. Si Providentia est, cur bonis viris mala fiant, mali triumphent?

Respondet Proclus, bonis tamen non deesse virtutem, virtutisque materiam: atque singularem illis in laudem cedere, quòd virtutem nudam colere malint, quàm *malitiam cum omnibus suis abundantiis.* Malum non esse irritamentis carere malorum et adversa fortunæ quosdam etiam expetisse, sapientes fortiter semper tulisse. Neque æquum esse ut iidem omni simul genere bonorum abundent. *Oportet quamdam experientiam etiam malorum eorum, quæ hîc ipsis inesse, à quibus provocatæ animæ appetant eam quæ hinc translationem ad illum qui extrà mala locum.* Multos per adversa ad majorem virtutem adductos esse. Deniquè sola esse mala quæ ipsi committimus, non quæ patimur. Inglorios malos omnes et inhonoratos, quàmvis myrii (*) adulatorum ipsos circumstent. Ad quæstionem

(*) Μύριοι, decem mille, innumeri.

quam huic adjungit, cur inæqualibus æqualia à Providentiâ existant secundùm arithmeticam, non geometricam, æqualitatem, velut civitate totâ pereunte ut similis sit interitus hominum dissimillimorum, bonorum malorumque; respondet, *primòquidem quòd non secundùm quòd dissimiles sunt, hoc simile patiuntur, sed secundùm quòd similes civitatem eamdem si fortè inhabitare valentes, et navem eandem intrare, et commilitare cum invicem, et siquid aliud ejusdem cum iis speciei, et sic secundùm ipsius actionem idem aliquid passi sunt. Sed secundùm quòd meliores et deteriores, diversam habent communis passionis illationem, siquidem ii impatientes, ii autem mansuetè ferentes perierunt, et post separationem, hos quidem meliorum locus suscipit, hos autem qui deteriorum.* Addit deindè, esse quemdam ordinem et Fati communis periodum à diversis principiis in eumdem finem obviantem, et concursum processuum, ubì compati coguntur imprincipaliores partes ex

necessitate. Latere etiam nos veras animarum æqualitates.

7. Si Providentia etiam ad infima se demittit undè tanta sortis in brutis animantibus inæqualitas, mutuæ devorationes et similia? Respondet: si in illis sit aliquid αὐτοκίνητον, causam altiùs quærendam: si verò corporea tantùm sint, nihil referre, si idem patiantur cum umbra omnimodè transfigurata, atquè Fato subjecta sint.

8. Quare pœnæ post peccata non statim subsequantur sed infligantur post tempus demùm, et hoc interdùm valdè longum? Respondet Proclus: *inserta nequitiæ radix (sicut spinas ferens terra, etsi millesies excidas nascentes, similium est productiva), easdem reddit operationes non flexa punitionibus.* Igitur Providentia congruent tempus, non quale placet hommicionibus, sed quale ad sanationem animarum novit proficere, exspectat, ac tolerando plures erudit. *Cum Diis enim, ait ille, fortunam et tempus om-*

nia gubernare, sivè dare aliquid bonorum oporteat, sivè purgare contrariorum. Deindè vitium sibi ipsi pœna et λώϐη animi gravissima. Non bonus pœnarum dispensator ira præceps. Plato servum verberaturus, flagellum aliquo tempore sublime tenere visus est, causamque interrogatus, dixit, punire se suì ipsius præimpetuantem iram. Archytas ad servos, in agro, qui jussa non fecerant pœnamque expectabant, benè valete, inquit, quia irascor. Et Theano ad servam : si non essem irata, verberarem utiquè te.

Apud Ægyptios lex erat, prægnantem, judicatam morte dignam, donec utiquè pepererit, non morti tradere. Quid mirum Providentiam, delinquntes morte digna, potentes autem parere non quasdamcumque actiones, sed egregias, conservare ad illas! Si Themistocles pro iis quæ egerat juvenis, confestim solvisset pœnam, quis eruisset Athenas à Persicis malis? Quis etiam

fuisset Πυθίας expositor? Si Dionysius in principio periisset tyrannidis, quis Siciliam à Chalcedonensibus liberasset, insuscitabilem fore expectatam? Si Periander punitus fuisset non post multum aliquod tempus, quis utiquè Apolloniam, quis etiam amœnam Leucadiorum insulam, quis etiam Anaxorium eripuisset à sibi adversantibus?... Quid quòd tempus illud pœnarum dilatarum longum videtur nobis tenuiter intuentibus, sed ad Providentiæ oculum nihil est, uti vicissim *iste locus, in quo vivimus, corpora circùmferentes, parvus omninò ad magnorum peccatorum punitionem: τίσεως autem carceres, et quæ in inferno loca, multa utiquè quædam et inenarrabilia, et multitudines tormentorum inexcessibiles omnibus qui qualitercumque ibi sunt..... Propter magnitudinem punitionis non simul tota fit adjectio. Excitare autem remorsiones animæ ingeniatæ sunt, præcursales ipsis maximarum passionum. Aiunt enim et Apollodorum, tyrannum, visionem vidisse, verbe-*

ratum se ipsum et decoctum à qualibus quibusdam, et suî ipsius cor ex lebete clamans, ego tibi horum causa. Ptolemei autem Cerauni vocantis amicos putare se ipsum in somnis vocari ad judicium à Seleuco, vultures autem ibi considere et lupos judices. Talia malignis prœludia appensarum punitionum.

9. Quomodò peccata aliena, parentum puta, vel superiorum, puniantur in liberis ac subjectis? *Quòd autem peccatorum progenitorum* δίκας *sustinere dicuntur quidam, et revelationes et* τελεταὶ *manifestant hoc, et etiam* λύσιοι *quidam Dii purgare ab iis adfirmantur.*

Respondet Proclus gentem, sive familiam, et civitatem pro uno quodam corpore haberi, esseque illi suum præsidem πολιοῦχον atquè ὁμόγνιον, adeòque non aliena esse talia peccata, propter illam conjunctionem atque similitudinem. *Quid igitur adhuc inopinabile et vindictas solvere animas translatas in altera corpora pro iis quœ in aliis corporibus?*

10. Providentiâ unius Dei laudatissimâ cognoscente omnia et in bonum reducente, quomodò et angeli providere dicuntur, et dæmones, atquè si velis et heroës et animæ cum diis mundum condispensantes?

Respondet, providere Deum universaliter ac totaliter omnibus, ut unum et bonum, cæteros partialiter, subordinatè, et quibusdam.

PROCLI

DE DECEM DUBITATIONIBUS

CIRCA PROVIDENTIAM.

Plato quidem magnus in decimo Legum, adamantinis, ut est dicere, sermonibus nos coegit confiteri de Providentiâ tanquàm existente; et alibì in multis locis, sicut et in Timæo ostendes conditurae opera, et usque ad ultimam intelligentiam elaborata, propter Dei Providentiam, ità et verbis dicens. Oportet autem nos persuasos eis quæ Plato demonstravit, et oraculis efficacissimè attestantibus Platonis demonstrationibus. Etenim hanc ipsam oraculorum traditionem ad dignos Deorum auditores æstimo esse apertissimam Providentiæ demonstrationem, ad quæcumque multorum intelligentiis obsistunt, ad susceptionem ejus quod est omnia secundùm Providentiam esse, phantasmata propulsandum; et quàm fædum garriunt disceptantes ad rerum veritatem reducere. Non tanquàm et eis non multâ sollicitudine dignificatis iis qui antè nos; sed tanquàm animâ, quamvis millesies dubitata et dearticulata existit, de iis dicere et

audire desiderante, et ad se ipsam revolvente, et velutì sibi ipsi disceptare, et non solùm de foris recipere de his sermones nolente. Age igitur nos ipsos interrogantes, si videtur et dubitantes in secreto animæ nos ipsos exercitare tentemus in solutionibus dubiorum; sive igitur dicta à prioribus, sive non pertractemus, differentes nihil. Donec enim placentia dicimus nobis ipsis, nostra utique et hæc dicere et scribere videbimur; aliterque et communem Mercurium ducem habentes, qui indocibiles præacceptiones communium conceptuum omni animæ imponere dicitur

1°. Et antè alia quæramus, si Providentia est omnium, totorum, partium, et usque ad individuissima cælorum, et eorum quæ sub cælo, æternorum et corruptibilium. Oportet autem Providentiam cognoscere per eorum quibus providetur dignitatem; aut non deducere omnia secundùm dignitatem, quorum dignitatem ignorat: quomodò cognoscit omnia et tota et partes, et corruptibilia et æterna; et quis modus cognitionis: et si hoc comprehenderimus, deinceps aliud aliquid, et iterùm aliud dubitabimus.

Hoc itaque primò nobis ipsis prætendentes, et communem Mercurium incitantes, dicamus quòd cognitio alia quidem utique esse intel-

ligetur irrationabilitati complanata, sensus aut phantasia vocata, existens rerum partialium utraque et non extrà corpora, quòd et partialium ipsas entes cognitiones manifestat : alia autem rationali vitæ secundùm substantiam inexistens, opinio quædam hæc et scientia appellata; ab irrationabilibus quidem differens cognitionibus eò quòd universalia cognoscat, illis ut dictum est partialium solorum qualificatorum perceptionem habere; ab invicem autem, eò quòd hæc quidem mobilium sit cognitio, opinio videlicet; hæc autem stantium semper, intransmutabilium, scientia videlicet. Alia autem antè has intellectualis dicta cognitio, hæc quidem simul omnium et simpliciter; hæc autem secundùm unum omnium; quibus utiquè et differunt : quæ omnimodè perfecti intellectûs cognitio, et quæ est partialium intellectuum, omnia quidem omnibus intelligentibus, et hàc rationales cognitiones supereminentibus. Sed hæc quidem ὁλικῶς, id est totali modo omnia et ente et intelligente; his autem partialiter utrumque, quoniam et est unusquisque et quæcumque intelligit, et ut intelligit, et quod est. Ultrà autem has omnes est Providentiæ cognitio suprà intellectum existens, et uno solo secundùm quòd et est unusquisque Deus et providere omnium dicitur, in eâ quæ ante intelligere operatione

sistens seipsum. Hoc itaque uno, secundùm quòd et subsistit, cognoscit omnia. Etenim inconveniens, si alias quidem cognitiones connaturales hypostasibus præmanere necessarium, puta phantasiam et sensum, irrationalis vitæ entes irrationales poni et ipsas, eas autem quæ antè eas rationales, tanquàm rationalium animarum entes et intellectuales eas intelligentium: Deorum autem, quà Dii, cognitiones non secundùm existentiam unialem determinari communibus conceptibus, et melius aliquid intellectu, quod divinum existimantibus, et ut est unumquodque sic et cognoscere ponentibus. Si igitur secundùm τὸ unum Providentia, hoc est quod dicitur et dat omnibus hoc bonum, hoc autem idem est τῷ uni, à quâ existentiâ providet omnium, in hâc et cognoscit quæ providentur. Uno ergò habet cognoscere omnia. Hoc autem, idem huic, nihil magìs est totorum quàm partium, eorumque, quæ secundùm naturam, aut quàm eorum quæ præter naturam; specierumque et eorum quæ sine specie. Etenim sicut sensibilium omnium oportet esse impartibile adeò judicatorium, et specierum quæ ante sensibilia, aliud et has discernens. Si enim alio aliud, dicit aliquis simile ac si, hoc quidem ego, illud autem tu sentias: sic oportet esse aliquid antè species, unam habens cognitionem uni-

versaliumque et individuorum; aut qualiter ordinabit, hæc quidem ut participantia, hæc autem ut participata? Commune autem his nihil aliud quàm unum. Est ergò antè species cognoscens, quòd omnia cognoscit quà unum. Hoc autem palàm quòd cognoscit secundùm unum, quatenùs simile simili, causa, dico, quod ab ipsâ. Ubique enim et in omnibus his τὸ unum; et universaliter quidem non omne ens qualitercumque: si quidem aliud quàm universale, et quod secundum partem; neque species omne, sed est aliud, et quod non species, et secundùm naturam non omne, ente et eo quod præter naturam. Unum autem est unumquodque quodcumque intelligi possit, tanquàm utique super omnia uno ente. Si autem aliquid non participat uno, neque ens erit utique penitùs, neque utique Providentiâ poterit participare. Si igitur nihil diffugit unum, si quis cognoscat omnia ex se, unialiter cognoscet, aut enim uno, aut non uno. Sed hoc deterius est cognoscere et alieno modo ab uno. Uno ergò cognoscet omne quod qualitercumque unum. Si igitur aliquis omnia cognoscet, secundùm unum omnia cognoscet. Hoc enim omnibusque commune et entibus et non entibus. Providentiâ itaque, sicut dictum est, secundùm unum et bonum determinatâ, et bono antè intellectum existente;

intellectus enim appetit bonum. Etenim entia omnia, bonum, et non (*) intellectum; necesse et providentialem cognitionem suprà intellectualem esse, et sic utiquè Providentiam omnia cognoscere uno quod suî ipsius, secundùm quòd et bonificat omnia, et intelligentia et non intelligentia, et viventia et non viventia, et entia et non entia, omnibus injiciens τὸ unum, emphasin ejus quod suî ipsius, unius. Non enim et τὸ unum ipsius, velut τὸ individuum unum. Hoc enim ultimum entium et universali deterius, quo participans est quod est. Illud autem et universali melius; etenim illud est aliquod unum; sed autounum non est; multa enim est et non unum solum, si utique et eorum quæ continet differentias habet. Sed neque tale est unum illud secundùm quòd Providentiæ existentia, quale totum; hoc quidem enim partibile; illud autem ut verè unum existens, et verè est impartibile. Summatim igitur dicentes, omnium productivum illud unum omnium salvativum esse dicimus, omni substantiâ existentiam habens veriorem, et omni cognitione eminentiorem, non partitum noscibilibus, neque motum

(*) Habet quidem cod: *Etenim omnia entia et non bonum, intellectum*, quam lectionem evidenter pravam in melius pro sensu mutavi. Vid. Annot.

circà ipsa. Horum quidem enim animalis et intellectualis cognitio habet proprietates. Etenim omnis intellectus unus multus et in esse, et in intelligere, et anima omnis motus existens, et intelligit cum motu. Illud autem in uno manens intransitivum simul et indivisibile, et cognoscit omnia eodem modo, et non hominem solum et solem, et omne quod tale; sed et unumquodque singularium. Nihil enim effugit illud unum, sive in esse dicas, sive in cognosci. Et dicitur quidem, et rectè dicitur, et in centro totus circulus esse centraliter; si quidem causa centrum, causatum autem circulus; et in unitate omnis numerus monadicè propter eamdem rationem. In Providentiæ autem uno majori modo omnia sunt; si quidem et unum majori modo illud quàm centrum et monas. Sicut igitur si centrum haberet cognitionem circuli, centralem utique haberet cognitionem, sicut et hypostasin, et non partiretur se ipsum circuli partibus; sic et providentiæ unialis cognitio in eodem impartibili est omnium partitorum cognitio, et uniuscujusque individuissimorum, et totalissimorum; et ut subsistit unumquodque secundùm unum, sic et cognoscit unumquodque secundùm unum et neque divisa est cognitis cognitio; neque confusa sunt cognita propter unam unionem

cognitionis. Una autem existens omnem quidem infinitatem cognoscibilium comprehendit, omni autem eâ quæ in ipsis unione superunita est; hoc quidem igitur primò nobis dubitatum talem habent responsionem

2. Secundum autem alterum si velis, pertractantes consideremus. Providentiam cognoscere contingentia dicimus, et antiquis profunditatem dubitationis ipsius sufficienter statuentibus. Propter hanc enim hiquidem Providentiam esse concedentes contingentis naturam ab entibus exciderunt; alii autem ad evidentiam subsistentiæ contingentis nullatenus contradicere habentes, Providentiam usque ad hæc pertingere abnegarunt. Utrique autem rectè præaccipientes, quòd utique providentem ipsam, et τὸ determinatum propter cognoscens, et τὸ indeterminatum esse propter illius naturam, et totum hoc indeterminati cognitionem determinatam habens cognoscit, indeterminatione quidem futurâ sed non ente; cognitione autem causam indeterminati preaccipiente. Novit enim quòd et indeterminatum aliquid fiet, et hujus causam adspiciens cognoscit et illud, et sicut substituit sic et cognoscit indeterminatum, non indeterminato, sed determinato indeterminatum substituit: quarè et cognoscit indeterminatum determinatè, si-

cut et incorporaliter et indistanter distensum post ipsam et corporatum. At si utiquè et quæ in spermate ratio una ens et tota in unâquâque parte spermatis, et habens causam hanc ab ipso jam fore partitam, cognosceret, causam quidem partitionis entem ei quod post ipsam, impartibilem autem seipsam entem; et totum hoc diceret impartibiliter partibilitatem habeo; à neutro quidem separatìm existens, in meliori autem quod deterius continens; ut compartitio neque sine causâ sit, neque in causâ præcurrens, sed secundùm causam, ens ibi secundùm existentiam autem in suscipientibus ipsam : et si quidem quæreret partitionis eam, quæ in seipsâ, causam, illa utique inveniret, quia in ipsâ etsi impartibilis sit, sed in alio posita subjecto esse quidem igitur ipsam in alio et non in se ipsâ dedit illis partiri, et aliis in fieri, et non ubique unumquodque esse. Hoc igitur modo, et esse Providentiam dicimus causam entem omnium quæ cognoscit, et cognoscit ea quorum est causa et determinatorum et indeterminatorum determinatè, et indeterminatorum generationem ut futuram et causam ejus qualiter determinata dabit indeterminatis exitum in esse, et nullum impossibile accidit propter hoc in determinatione in iis quæ post ipsam existente, et si ab ipsâ cogni-

tione præaccepta et ut congruit causis. Sed hoc quidem jam manifestum.

3. Tertium autem consequens huic considerare dignum, multâ et hoc indigens attentione: si et determinatorum et indeterminatorum est causa Providentia, utrum secundùm idem amborum aut secundùm alterum. Si enim secundùm idem, quomodò discerneret in cognitione, hoc quidem fore determinatum eorum quæ ab ipsâ; hoc autem indeterminatum? Si autem secundùm alterum, qualiter adhuc manet unum in existentiâ, si hoc quidem ipsius aliud, hoc autem aliud? Deum itaque et hìc invocantes nobis illuminare rationem perficientem conceptum animæ, quem de his habemus, dicamus ad nos ipsos: quòd Providentiam locari quidem in uno, ut qui apud nos sermo. Etenim omne providens aut bonum aliquod, aut apparens semper bonum; credere autem communes conceptiones iis quibus providetur; et neque esse aliquid aliud providere quàm benefacere, de quibuscunque utique dicatur Providentia. Tò boni autem dationem, quòd τὸ unius dationem utique esse dicimus, dictum est prius: propterea quòd et unum, bonum, et bonum, unum; hoc utique myriès dictum. Uno quidem igitur, idem autem dicere et bono, Providentiam dicimus charac-

terizari. Sed esse τὸ unum ipsius, velut insinuavimus et priùs, neque ut materiale unum, hoc enim inefficax et infæcundum, quia nihil post materiam; illud autem fœcundum et efficacissimum, quia omnia post Providentiam. Neque ut quòd individuum unum; hoc enim in ultimam occurrit partitionem, et sic unum est tanquàm nullum aliorum : illud autem ut omnia continens et omnibus præsens quorum est causa, et omnium salvativum non quod inopinabile dicere, ut universale quidam aiunt unum; hoc quidem enim etsi contineat quæ sub ipso, et essentiam det singulis, cùm differentias eorum quæ continet præaccepit, et est unum multa secundùm essentiam : illud autem exemptum est ab omnibus quorum est productivum, perfectivum et omnis varietatis insusceptivum. Nullum igitur horum existens; sed suprà omnem specionalem essentiam locatum, generans attamen omnia, secundùm unionem unam virtutem incircumscriptibilem habet et incomprehensibilem omnibus; ita ut neque unum aliquid subsistentium ab ipsâ neque omnia secundùm unumquodque neque simul omnia, eamque in illâ præexistentem virtutem explicare neque in seipsâ capere, et in sinum reponere et comprehendere possibilia sint. Omnium autem virtutes ab illâ velut absorptas participare aliqualiter ipsam,

secundùm quòd unaquæque nata est diligere. Tò unum quidem igitur providentiæ omni unione incorporeâ et corporeâ est unitius, apirodynamum, (*) id est infinitæ virtutis autem omni virtute infinitâ et finitâ infinitius. Nihil enim mirum in infinitis virtutibus aliud alio esse infinitius : non enim eam quæ secundùm quantum infinitatem ibi aliquis reponet, apud quam infinitum infinitius non habet, omne tamen infinitum iis quidem quæ sub ipso et secundùm virtutem infinitum erit et utiquè tale; iis autem quæ ante ipsum finitum determinatum ab ipsis aut non comprehensum, neque utiquè obtineri posset a melioribus, neque utiquè contineri non obtenibile ens. Si igitur continetur, quamvis infinitum sit obtinetur; et si obtinetur et comprehenditur ab illis, non infinitum. At verò neque sibi ipsi infinitum. Quod enim sibi ipsi infinitum, sibi ipsi incomprehensibile est : quarè non utique seipsum continere poterit et salvare. Unumquodque autem entium suî ipsius salvativum est secundùm virtutem : relinquitur igitur iis quæ post ipsum infinitorum unumquodque esse solis infinitum. Infinitam igitur Providentiæ virtutem, omnium virtutum comprehensivam entem earum quas habent ea omnia

(*) Ἀπειροδύναμον. Vid. annot.

quibus providetur, omnes secundùm unam unionem generareque et perstringere unamquamque in suî ipsius infinito intelligamus; sicut et unionem, omnibus imponere commensuratam ad singulorum essentiam. Non enim est neque τὸ unum ubique idem, puta in incorporeis et corporibus; neque in corporibus æternis et corruptibilibus. Major enim quæ perpetuorum unio aut qualiter hæc quidem indissolubilia manent; ab iis autem perit τὸ unum. Ad hæc autem, quod quidem in corporeum propinquius uni; corpus autem et propter ad infinitum partitionem deficit valdè multum ab uno et non dubitandum si uno est magis unum, videntes unumquodque omnium per submissionem semper factum aliud præter id quod ante ipsum, quousque ad ultimum pertingat suî ipsius seiræ (*) id est ordinis. Providentiâ itaque et uniali existente, et infinitæ virtutis, hæc quidem eorum quæ ab ipsâ producta sunt et provisa, etsi omnia transortita sint utrisque, secundùm τὸ unum subsistunt quibus determinatio connaturalis; Hæc autem secundùm τὸ infinitum, quibus secundùm indeterminationem. Imitationes enim ejus quidem quod ibi infiniti quæ hîc per indeterminationem, ipsius autem unius per determinationem : propter quod et prima qui-

(*) Σειρᾶς. Vid. annot.

dem eorum, quæ in hoc universo secundùm unum terminum sunt quæ sunt impermutabilem, quæ autem deinceps illis ἀοριςαίνει hoc est tendunt ad indeterminationem secundum ordinem habentia. Omni autem infinitate subsistente secundùm provisivam infinitatem; et omni determinato secundùm unionem, et eâ quæ ibi infinitate obtentâ per unum, et unius ente, et hìc quæ quidem indeterminata naturâ serviunt determinatis, ordinant autem determinata eorum quæ indeterminatè feruntur omnimodam transmutationem. et sicut se habent πρωτουργὰ, id est prima agentia horum causæ, secundùm eum qui ad invicem ordinem: sic et ipsa proportionalem illis suscipientia habitudinem complent mundum dependentibus deterioribus à melioribus.

Planior autem erit sermo sumentibus quòd et intellectus producit quidem quæ producit duplicia, corpus dico et incorporeum, utrumque autem incorporeè, et cognoscit et producit secundùm suî ipsius naturam. Et sicut quæ quidem incorporei ratio in ipso et (*) incorporea, et incorporeorum causa; quæ autem corporis quamvis incorporea sit corporum est causa: hæc quidem et ea quæ producuntur ad seipsum adsimilans; hæc autem propter submissionem eam quæ ad illum alieniora producens ad in-

(*) Fortè *est*. Vid. annot.

corpoream speciem. Et etiam anima generat eas quidem quæ in aliis animabus rationes viventes et motas; eas autem quæ in materiam excidunt, scientionales quidem illas, artificiales autem has; et omnes quidem vitaliter, sed has quidem per vitam ín vitam procedentes, has autem per vitam in non vivens. Et ut summatìm dicatur omne generans simul et quæ generat cognoscens differentibus causis generat quidem ipsum et cognoscit secundùm meliorem : generantur autem ab ipsâ hæc quidem secundùm ipsam, hæc autem secundùm submissam. Quarè si et Providentiam dicas habentem uno quidem determinatorum causam, infinitate autem indeterminatorum, ambo quidem determinatè nosse, et generare etiam ambo eodem modo; sicut et intellectum secundùm eam quæ incorporei rationem, et secundùm eam quæ corporis incorporeè. Horum autem quæ substituuntur, hæc quidem determinari propter unum; hæc autem indeterminari propter infinitatem, rectè utiquè dices. Nam necessariis entibus expertibus infinitate, neque contingentibus termino : etenim hæc penitus in eum qui necessarii terminum terminatè, et illa propter ipsam necessariam naturam æterna entia participare infinitâ virtute. Aut undè ipsis τὸ semper hoc, et τὸ nunquàm aliter. Obtinente autem hìc quidem uno

et faciente propter hoc quod secundùm generatur necessarium, velut colligante fini infinitum : hìc autem infinito obtinente, et τὸ unum minoratum faciente eò quòd effugiat supercurrens ipsum et comprehendens. Ambo autem Providentiâ cognoscente, et si secundùm melius, ut dictum est, et præaccipiente in cognitione utriusque proprietatem secundùm generare, et ut hoc quidem περατόποιον, id est terminatè faciens, si velis dicere; illud verò ἀπειρόποιον, id est infinitum faciens. Omnis igitur terminus indè, et omne infinitum indè est, sivè in incorporeis, sivè in corporibus; et quod ex ambobus similiter indè : et propter hæc et simplicium cognitio ibi et compositorum; sicut et simplicium generationes indè et compositorum. Quia quidem est τὸ unum, erat enim et infinita virtus unius, indè et fines termini seorsùm, et omne quod qualitercumque infinitum. (*) Quia autem et alterius alterum erat infinita virtus unius, et hìc combinata quæ ab ipsis unum facit σύνολον, id est simul totum; et aut figente uno necessarium quod fit, aut præcurrente infinitate contingens. Quoniam autem non erat neque hìc licitum desertari uno τὸ infinitum, et contingens in

(*) In margine cod. habet: Quia quidem enim τὸ unum erat ibi, et infinita virtus unius, indè et terminum seorsùm et esse quòd quale... vid. annot.

necessarii naturam terminat ut dictum est : et hoc aut magis uno tenetur, et antè majus tempus eventus in necessarium transcidens determinatum est; aut propter participare uno debilius, antè minus quidem, idem autem attamen patiens et terminatum. Estque à latente naturâ et factum est velut quod prius, et imitatur eam quæ unius entem infinitam virtutem sed non suî ipsius. Etenim omnis virtus est alterius habentis ipsam, sed non suî ipsius. Quod quidem omne qualitercunque indeterminatum in nondùm esse in determinatione habet et hoc quod aiunt contingere, consummat autem in ex necessitate aut esse aut non esse; et aut antè majus tempus aut antè minus. Et conjecturativæ divinationes manifestant : verificantur enim magis antè minus tempus eventurorum, quàm antè majus, tanquàm utiquè jam indeterminatione transcidente. Quòd autem oportet esse et indeterminati cognitionem in melioribus nobis, si debeat et hoc ordinem sortiri, et non velut superadventitium esse universo, supponatur quidem tanquàm alibi ostensum; quærebatur autem solùm qualiter; fiat autem et hoc manifestum. Non enim unum erit omne, neque gubernatio secundùm intellectum si non et hujus ad determinata, et quorum ordo isdem, fiat aliqua

colligatio. Hanc autem cognitionem necessarium sit aut dæmonibus solis attribuere; videntur enim isti proximi entes iis quæ hìc et cognoscere ipsa et dispensare, aut et ante hoc Dei qui et dæmonibus participaverunt providentiam aliorum aliis, quorum omnia isti sunt continentes. Sed si dæmonibus solis relinquimus indeterminatorum cognitionemque et Providentiam, aut seorsùm ipsos sicut nos cognoscere et ea quibus providetur, et ea quæ ante ipsos dicemus, aut simul ambo. Et si quidem seorsùm, quid differunt à nostris animabus? Etenim hæc providere simul et suî ipsarum esse, et ad ea quæ sursùm respicere impotentes sunt. Qualiter autem non extendentes seipsos ad ea quæ extrà, et scientibus assequi confitebimur ἀοριστᾶίνοντας, id est ad determinationem tendentes circà indeterminata. Si autem simul iterùm necessarium, aut secundùm ratiocinationem hanc ipsis dari cognitionem eorum quæ gubernant, et rationes relinquere in ipsis et exempla indeterminatorum. Διάνοια, id est ratiocinatio enim est horum cognitio. Aut antè ratiocinationem hanc et dealiter operantium stare dicentes, multò magis ipsam remittere in Deos, à quibus et dæmonibus inerit divinari et posse etiam indeterminatum determinatè præcognoscere.

Etenim si quidem indeterminatè terminata percipiunt, ipsos excusabimus à conveniente immutabilibus generibus impassibilitate. Opus est enim et phantasiâ et sensu tali omni, ut non præsentium memorans copulet assimilationem futurorum præsentibusque et præteritis. Si autem determinatè, quod (*) utique dæmonibus hoc dantes non etiam Diis majori modo attribuemus ipsum, ut intemporaliter quæ secundùm tempus, sic et determinatè indeterminata cognoscere, et providere indeterminatis secundùm cognitionis modum? Si quidem enim non possunt indeterminata cognoscere determinatè, inconveniens hoc dæmonibus potentibus privare Deos propter impotentiam tali cognitione. Si autem non velint, majori modo, est hoc inconveniens quàm non posse, cùm sint institutores horum, et non velint providere his quæ instituerunt. Aut non etiam mortalia omnia et particularia condita Deorum sunt, et omnia quæcumque continet mundus Et hæc quidem ex uno condita sunt patre; hæc autem ex mundialibus quidem Diis, sed secundùm illius jussionem et his facientibus, et illo per hos etiam hæc producente. Licitum autem non est ea quæ pro-

(*) Verum et in codice sublegi potest anteà scriptum et malè mutatum *quid*, quæ lectio optabilior ad interrogationem.

ducunt, aut immediatè aut per media alia Deos entes negligere. Si itaque et nolunt providere determinatè indeterminatis, et possunt, omninò utique et provident, et providentes cognoscunt provisorum dignitatem : et Dii quidem exaltatìm, et ad omnia suî ipsorum extendentes providentiam, dæmones autem partientes illorum super existentiam, hi quidem aliorum gregalitatem receperunt hi autem aliorum, ut ait ille, in ultimam consummantes partitionem, ut hi quidem hominum sint, hi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum præsides, et adhuc partialiùs, hi quidem oculi, hi autem cordis, hi verò hepatis. Omnia autem sunt plena Diis, his quidem et his immediatè providentibus, his autem per medios dæmones, ut dictum est : non illis omnibus adesse non potentibus, sed ultimis, per se participare primis, non potentibus. Insinuat autem participantium τὸ inidoneum quidem ad fruendum Diis aliquandò; ejus autem quæ ex dæmonibus providentiæ συναισθανόμενον, id est sensum percipiens. Quod autem idoneum factum, mox præsentes habens Deos, et hinc cognoscens quandò cognoscitur ab ipsis; et incipiens eam quæ in ipsum descendentem Providentiam, quam sortiens latebit se ipsum, et quod participabat immanifestè. At si quis

dormiens in sole et illuminatus ignoraret in dormiendo; excitatus autem se ipsum videat contentum à lumine, et tunc lumen existimet adesse, et priùs sibi ipsi præsens, quamvis ipse propter ignorantiam lumini non aderat. Tunc igitur et indeterminatum determinatur, et conversum ad divinum apud quod et indeterminatum determinatè erat, et transumens indè terminum propter participationem existit; quia et ante conversionem sibi ipsi quidem indeterminatum erat, illi autem non quale est tale existebat, sed ut divino congruebat, erat quidem determinatè, cognoscebatur autem transcidens ab illo propter suî ipsius indeterminationem, non ità excidens, ut omnem quoque terminum effugiat; lateret enim utiquè in non entis abyssum prolapsum; sed ita ut neque expers sit termino, neque in ipso perfectè sit locatum. Post conversionem autem locatum novit veri, et suæ indeterminationis cognitionem, et terminum præexistentem ornantem indeterminationem. Quin imò et si omnibus bonum non aliundè quàm ex Providentiâ supervenire concedimus, sicut ex intellectu intelligentiam, et ex animâ vivere et moveri in vivendo. Omne autem qualitercunque vivens, propter animam vivit, et intelligens propter intellectum

intelligit; palàm utique quòd et bono Providentiæ participans propter Providentiæ causam bonum habet, quamvis partialium sit, et quandoquè participantium. Oportet enim unumquodque in suum fontem ducere, à quo in totam seiram venit existentia. Si quid igitur bonificat eorum quæ in mundo propter illam bonificatur; et non æternorum solùm, sed et corruptibilium unumquodque; neque determinatorum solùm, sed et indeterminatorum unumquodque, sive per se Providentia suscipiat suum bonum, sive per media prima bonificata ab illâ. Nam entium mediationes non eas quæ ante ipsas causas auferentes effectus ejus qui in ea quæ post hæc sunt mediationes, sed iis quæ post hæc, et mensuratis, facientes eorum quæ antè ipsa donationes, quibus ipsæ quidem connaturaliter participant, illa autem impotentia propter submissionem quam adducunt, et idonea ad participationem efficiunt, confortantes suî ipsarum præcursalibus illuminationibus. Propinquiora quidem igitur Providentiæ frui magis ipsâ, et ornari magis vicinantia; at si solis et animæ et intellectûs proximiora, hæc quidem illuminabuntur magis quàm remotiora; hæc autem erunt vitaliora màgis, hæc autem in intelligendo existent perfectiora, et nos utiquè con-

cedemus et communibus conceptibus videtur. Etenim ipsum hoc τὸ propè propter substantiæ ad illa congeniam quibus est prope esse dicetur utiquè, et τὸ longè propter eam quæ secundùm esse penitus elongationem. Quare dare potentibus quæ utiquè excedant entia magis congenita, magis ipsis possunt participare. Quare et participant magis. Providentiâ ergò nihil aliud quàm bonificare omnia insinuata, quæ participant magis, bonificantur et ornantur magis. Oportet itaquè et quemcumque non propè in illum dependere, et si per media dependent et hæc ab iis quæ propè, quod et facit hæc quidem per se frui, hæc autem velut colligationibus aliis indigentia ad ipsam. Sive enim non ad unum omnium coordinatio esset, non utiquè neque mundus unus esset; sive omnia eodem modo participarent ornante, non utiquè esset ornatorum ordo. Si igitur sunt utraque et ordo et et coordinatio, hic quidem distinguens omnia, et alia faciens ante alia, et alia post alia; hæc autem divisa ad unum convertens bonum; omnium necesse Providentiam esse, et non omnium eamdem; esse quidem propter coordinationem; non eamdem autem esse propter ordinem, quem et primorum quidem entem necesse et secundorum esse, et deinceps illis.

Virtus enim omnis majorum ens motiva, ait et Plato et verax sermo, et minorum est multò magis, et obtentiva fortiorum existens, et debiliorum utiquè obtinebit magis : voluntate autem ibi ad virtutem concurrente, necesse et minorum esse Providentiam : non enim possunt quidem, non volunt autem quæcumque possunt, et bonis qui apud nos quæcumque possunt, tot velle creditis, neque sine voluntate virtute in illis, neque impotente voluntate, locum habente. Hoc quidem enim appetitum facit verum, hoc autem virtutem imperfectam. Secundorum autem entem adhùc majori modo necesse primorum esse Providentiam. Non enim Providentiæ est deterioribus prodesse et illa ornare, meliora autem sinere expertia seipsâ. Etenim si nullo sint indigentia, hoc ipsum nullo indigere dicemus utique ab illâ habent, quæ αὐταρκες dat primis entibus. Omnium igitur bonorum causam illam dicentes, sicut et priùs dictum est, communes nostras conceptiones clamare necesse, et αὐτάρκειαν confiteri, indè existere quibuscunque existit et propter illam. Sive igitur indigent, ab illâ sortiuntur repletionem, et sortiuntur præ aliis propter vicinantiam hypostaseos; sive non indigent repleta sunt semper, et habent τὸ αὐταρκες prop-

ter producentem ipsa talia, antè ea quæ semper quidem indigent, semper autem recipiunt applicabilem repletionem. Omnia quidem igitur, ut dixi, cum Providentiâ sunt secundùm ipsorum ordinem; et quæcumque generantur et sunt non semper, his quidem per se ab illâ entibus, et semper entibus; his autem per semper entia habentibus generationem, non Providentiâ ad ista producere et perficere indigente iis quæ post ipsam quidem entia, antè illa autem subsistentibus, sed iis multùm distantibus ab ipsâ, indigentibus ad participandum illâ iis quæ proximè à Providentiâ Producta sunt. Si autem ubiquè et in omnibus hâc præsente, non idem est in omnibus bonum, non oportet mirari. Etenim hoc Providentiæ optimæ opus, omnibus quidem boni *μετουσίαν*, id est, participationem esse, mensurari autem suscipientium dignitate ejus participationem; et tantùm unumquodque capere, quantùm potest recipere; sivè substantiâ differentiam faciente, ut animabus et corporibus; non enim idem utrorumque bonum, quia et esse non idem: sivè operatione solâ in talem dignitatem constituente, tanquàm animas aliter operantes aliis et aliis semper sortiri indè dicimus: et utiquè sortiri quidem omnes, esse autem his quidem facile patien-

tibus sortitionem, his autem cum difficultate, quibus non erat sine hâc converti ad illam. Hoc quidem igitur sic determinantes transferimur. Etenim quòd particularium etiam oporteat verissimam esse providentiam sumemus aspicientes et ad hæc, quòd hæc omnia fiunt facientia aliquid toti, et nihil superadventitium omnium eorum quæ in ipso fiunt; quamvìs nos causas non utiquè possimus conspicere; et ad hoc quod in quibusdam etiam lapidibus est palàm, ex Providentia esse quæ fiunt. Ridiculum autem esse, hæc quidem sic habere, hæc autem non. omnibus existentibus similibus. De iis quidem igitur satis.

4. Velut autem respirantes ab hoc sermone consideremus quartum ab alio principio; qualiter Deorum participationes fieri dicimus. Quod utiquè et de ideis quærere consueverunt, qui idearum speculationem affectant. Sive enim semper Diis operantibus, quæ hic non semper participant; quomodò non inconveniens, inquit enim, operantem participare non ente? Sive non semper ipsis attribuimus operationem quam habent, adhùc magis inconveniens; si oportet quod impossibile inconveniens dicere, omne enim quodcumque existit, Diis semper existit et ante tempus omne. Non igitur in parte temporis solùm huic infi-

niti temporis omnis. Tempus enim et quod infinitum citrà Deos. Ut igitur et hæc mediocri sortiantur discussione ad præsentem sermonem inducatur primò ; quòd omnis participatio sive æternorum , sive corruptibilium existat sortitur semper medium participantium et participatorum ordinem. Et sicut omnibus convenit mediationibus communionem ad extrema habere, et hanc necesse hoc quidem ad participans , hoc autem ad participatum : alterius enim ens solùm , non utiquè copularet ambo ad invicem : media verò ens prædicto modo in participantibus subsistit : procedens quidem ex participatis, firmata autem in suscipientibus illorum operationem ; sicut cognitionem priùs diximus in cognoscentibus esse et non in cognitis : etenim cognoscentia ad cognita participantium sortiuntur dignitatem : participare enim cognito vult omne cognoscens. Participatione igitur hunc ordinem habente, et Providentia primè ab omnibus participata ab animatis, inanimatis, rationalibus, irrationalibus, æternis, corruptibilibus , secundùm ipsorum singulorum virtutem : omnia enim illius organa , hæc quidem propinquiùs producta , hæc autem remotiùs, necesse *μετουσίαν* , id est , postexistentiam vel participationem non solùm Pro-

videntiæ insinuare causam à quâ procedunt, sed et participantis ipsa præaccepisse idoneitatem, rationabiliterquidem in rationabilibus entem, intellectualiter autem in intellectualibus, phantasticè autem aut sensibiliter in iis quæ secundùm phantasiam aut sensum vivunt; essentialiter autem et per esse solùm in his quæ sine vitâ esse obtinent. Omnibus autem entibus organis, et omnibus utente Providentiâ, unumquodque necesse respondere ad opus proprium utenti virtuti; neque illius obfuscans propriam existentiam, nec suî ipsius naturam in operatione; ostendens autem ab ambobus unum quod efficitur. Sicut autem et sol transmittens ad lunam lumen, cedit quidem ab hoc in nos, neque autem quale solare lumen calidum et siccum, neque quale id quod Lunæ grossum et caliginosum alterum sed mixtum et ex participati virtute, et participantis, et colorem transmutare ad operationem, quam habebat, et in aliis multis videbis utiquè hoc. Igitur et Providentiâ suprà entia omia secundùm ipsam divinam unionem locatâ, et operante unam operationem uni convenientem, omne accedens participat, et ità ut aptum natum est; hoc quidem adesse solùm, hoc autem ad vivere, hoc autem ad cognoscere, hoc autem ad omnia sortiens illâ

et perfectum quà aptum natum est, et hoc quidem semper participans, propter suî ipsius virtutem, et partitionem indeficientem habens propter dantis infinitam operationem, et propter suam mansivam et firmam ad illud habitudinem; hoc autem quandòque, propter non firmam in ipso naturam transortiens. Et hoc etiam est τὸ quandòque participationi dans ex suâ debilitate: ut quodquidem benè, à Providentiâ habeat; quod autem non semper, à suscipiente. Hoc enim erat subextollens seipsum, Providentiâ semper dare potente, et dante quibus est virtus recipiendi semper ab illâ quæ dat. Quarè non illa τὸ quandoquè apponit, sed seipso τὸ semper solùm aufert, sicut sole illuminante semper quod non potest semper videre, et quandòque videns; non illius lumine τὸ quandòque dat, sed rejectum lumen seipso semper videre abstulit; illo quidem, quamvis in hæc non agat, propter hujus ad pati debilitatem, impotentia capere illustrationem operante; participatione autem in hæc non ente cùm avertitur, quam non ipsam esse operationem; sed quantum ex operatione venit in hoc dicimus. Si ergò aliquid et Providentiâ operante quandòque participat, solam minorat suî ipsius participationem, non excludens semper illius operationem; operatione

autem Dei manente semper eâdem : velut si facie aliquâ stante quodquidem idoneum est et conversum ad illam ornatur; ut utique si speculum ex opposito positum faciei suscipiat aliquam ab ipsâ emphasim planum ens et fulgidum hoc autem aut de longè ens propter debilitatem, aut etiam aversum attenuat, ad eam quæ indè dationem irregulare et tenebrosum existens : fit autem tale materiam assumens. Sivè igitur dicat quis, χρηςήρια quandòque quidem divinativis participare Diis, quandoquè autem deficere inefficacia facta, et velut ἄπνοα, id est sine spiritu secundùm quoddam tempus, in hoc reducendum causas irregularitatis indeficientibus spiritibus utentibus et operantibus in potentia (*) participare ipsis semper. Nam veracia chresteria, quæ apparentibus complent angelique et dæmones, et heroes, in quos illustrant Dii et semper entes in universo sortes; quamvis aquæ aliquæ et hiatus terræ non semper participare illis possint propter suî ipsorum instabilem naturam. Sive rituum virtutes, ἀγάλματα, id est imagines introeuntes quandòque et viventia facientes, et replentes divinâ inspiratione, deficiunt in qui-

(*) Sic et cod. et Fab. in argumento (vid p. 82), verùm forte legendum *impotentia participare*, haud secus ac suprà *impotentia capere*, vid. sup. 119.

busdam periodis. Et horum defectum æstimo remittere convenit ad suscipientia, et non ad variationem operationis Deorum inspirantium ipsa. (*) Neque enim lunæ deficientis solem causare âudemus, sed incidentiam ipsius in conum : neque realiter eorum quæ quandòque qrovidentur τὸ quandòque Providentiæ attribuendum, sed estimandum in iis ipsis causam habere in quibus participatio erat ; sed non in illo à quo et iis participatio et semper participantibus. Providentiâ autem secundùm unialem suî ipsius operationem simul et infinitam, omnibus præsente, et his quæ aliàs aliter ipsâ participant varietatem incomprehensibilem habentibus, esse quasdam utrorumque colligationes, coaptantes τὸ unum illius, et horum multitudinem, et τὸ passivum illius, et horum instabilitatem. Et ipse credo per quas horum quidem propinquius Providentiæ entium puta angelorum aliquorum; horum autem propinquius his sicut vocarem heroum ; horum autem ipsam mediationem complentium colligationis extremorum ad primæ participatum, et ad ultimæ participans, sicut propriè nominatorum dæmonum coaptatio sit, instabiliumque ad manentem semper Providentiæ speciem, et multiplicatorum ad unum simul et

(*) *Ipsi* Fab. in argumento. p.83. *Ipsa* verò cod. nost.

infinitum, et quandòque quidem ab iis illustrationes sunt in ea quæ post ipsos, quandòque autem per hos. Multùm enim differt aliquod meliorum generum illustrare, aut per meliora genera, quod et illustrationes facit transmutari; iis quidem propter inferioritatem ejus quæ in ipsis ideonitatis vix participantibus iis quæ super ipsa proxime ordinata sunt; iis autem propter eminentiam sursùm tendentibus ad participationem superiorum, in quibus quæ à proximis illustratio, quasi materiæ obtinet rationem ad eam quæ desuper donationem; sicut si quis posset geometriâ solâ participare, aliter autem et hâc et superiori theoriâ, non tamen sine geometriâ, neque ipse ad illam sursùm duci posset, assuefactionem ad incorpoream naturam sumens ab ipsâ; alius autem diligens meditari in iis quæ geometria dicit, sed oculum animæ sursùm tendere in ea quæ intellectus adspicit non sufficiens existens; palàm enim rursùs quòd et iis huic quidem à geometriâ perfectio, et usque ad hanc ascensus, huic autem per geometriam, et in ea quæ ante hanc transitio. Si igitur sic et in melioribus nobis; aliud quidem est per genera quæ post Deos illustrari; aliud autem ab ipsis Diis et hoc quidem in sequentes; illud autem in præsides refert causam, nisi quòd, et si ab

iis illustrationes sint, magis autem quædam illustrationes modo altero à Providentiâ sunt, et hæc à quâ et iis est virtus illustrandi in alia: etenim iis τὸ providere ab illâ imitantibus illius boni felicitatem, secundùm ipsorum ordinem quoniam et hæc quidem immediatè participare, hæc autem per media necesse primis, sicut et memoramus sæpè; aut tanquàm a facientibus ea quæ indè habent; aut tanquam per quæ habent ad illa, à quibus habent virtutes, et quæ deinceps sursùm ducentia. Talia mihi et ad hanc questionem responsa sint, bene aptos remittere possumus ad perfectam Providentiæ speculationem.

5. Post hoc autem, quintum si videtur consideremus aliud. Etenim hoc multorum turbat phantasias. Cur utique malum totaliter habet intra entia locum, Providentiâ ente? Quod et multos persuasit; aut malum propter evidentiam suscipientes, ad per omnia pertingentem Providentiam contradicere; aut confitentes Providentiam omnia ornare, malum excludere, et omnia solummodò bona dicere, quamvis bona remotissima à primis quidam nominare velint mala, non enim esse aliquid malum, quod non est minus bonum. Si quidem igitur et nos iis consentiamus nihil adhùc oportet quærere quod considerare propone-

bamus. Nihil enim erit malum quod utique Providentiam molestabit, sicut diximus. Si autem aliquid, et qualitercumque esse dicimus malum; undè venit hoc omninò oportet explicare. Etenim sive à Providentiâ, inconveniens, à quâ omne quod bonum : sive ab aliâ causâ, si quidem earum quæ ab ipsâ, periclitatur rursùm sermo ad ipsam referre causam : quæ enim ex iis quæ ab ipsâ, et ab istâ Si autem non ex communicante totaliter ipsâ, duo faciemus principia; aliud quidem bonorum, aliud autem malorum, et neque Providentiam innegotiosam servabimus, habentem aliquod contrarium. Dantes igitur esse malum, qualiter est, consideremus non molestans Providentiæ regnum. Et primò, quoniàm duplex hoc, et hoc quidem in corporibus et præter naturam, hoc autem in animabus et præter rationem; et neque in corporibus omnibus neque in animabus totis qualiter subsistit quod præter naturam consideremus, et in quibus corporibus secundùm Providentiæ rationem. Quòd quidem igitur hoc quod præter naturam est in solis corruptibilibus corporibus, palàm : quod enim non susceptibile ejus quod præter naturam, æternum; si quidem via ad non esse, quod præter naturam. Omne autem quod corrumpitur habet intra entia

locum, ergò propter aliam causam; aut propter hanc, quam Timæus dixit, ut non imperfectum sit omne, neque ultima sint totorum quæ prima. Prima enim quæ æterna, et congenea causæ. Si igitur est malum, ut corruptibile sit; hoc autem, ut non solum sit quod æternum, hoc autem, ut perfectum sit omne; hoc autem propter eam quæ circà mundum Providentiam, manifestissimè utiquè ostenditur propter Providentiam esse natum, ut perfectè sit Providentia perfectum declarans mundum. Quarè et malo huic finis bonum. Si quidem propter bonum, et hoc interjectum intrà entia, facit ad universum. Etenim omnis corruptio propter generationem alterius est, et omne quod præter naturam, ut aliquod fiat eorum quæ secundùm naturam, sed non ex contrario. Non ergò omniquaque malum, quod boni gratiâ est, neque impermixtum ad bonum, sed malum alicui ens, scilicet ei quod corrumpitur, alicui est bonum, ei quod propter illius corruptionem fit; propter quod et omni bonum, huic quidem igitur et ut corruptionis causa et ut generationis alterius. Oportet enim esse et generationem et corruptionem, et indiget ambabus omne, ut hoc utiquè multotiès dictum sit omne. Et si corrumpens quidem agit secundùm naturam,

patiens autem patitur præter naturam, fortè autem et hoc patitur secundùm naturam. Erat enim ipsi secundùm naturam contrario enti pati à contrario, per quæ jam evidens nobis factum est quòd utiquè propter Providentiam optimam universi et intrà entia devenit quod præter naturam, et non simpliciter est præter naturam; sed magis secundùm naturam quàm præter naturam; nam corruptibili corrumpi secundùm naturam, et corruptivo corrumpere. Si autem sint contraria, oportet hoc quidem esse corruptibile, hoc autem corruptivum. Si autem erit generatio semper, et contraria esse : ex contrariis enim generatio. Si igitur secundùm Providentiam generatio; et quæ antè hæc secundùm Providentiam; et quod præter naturam secùs subsistens iis quæ ex invicem generationibus, organum est causæ generationum cum hoc quod est complementum ejus quod secundùm naturam. Sed hoc quidem non multo aliquo sermone indigens habeat finem. Transeuntes autem ad id quod præter rationem, et in animabus malum; qualiter et hoc secundùm Providentiam intelligemus. Igitur contrariorum quidem quorumdam et hic conventus immortalis dico animæ et mortalis, ei quod præter rationem dat locum; quandò enim prævaluerit ei quod in nobis

divinum quod mortale, tunc malitiæ est ejus quæ in nobis generatio, puta furore obtinente, aut concupiscentiâ, et iis quidem ipsis pati quæ patiuntur secundùm naturam; huic quidem irasci; huic autem concupiscere. Quod enim utrumque eorum natum est pati, hoc patitur; propter extraneitatem autem secundùm substantiam divini ad mortales passiones, et in iis quæ talia sortiuntur naturam irrationalem, secundùm naturam illi fit præter naturam; quoniam ratio erat quod in nobis divinum nomen habuit hìc præter rationem pro eo quod præter naturam, nominari; sicut etiam et ratione movente bonique hypostasin in animabus et nomen bono quod secundùm rationem pro eo quod secundùm naturam, utroque attamen propter desiderium ejus quod secundùm naturam, agere volente; hoc quidem passionaliter vivere; hoc autem impassionaliter : et hoc quidem rationaliter, hoc autem irrationaliter. In mixturâ autem amborum, et in eâ quæ ad invicem habitudine malo, *παρ᾽ ὑπόστασιν*, id est secùs subsistentiam, non principalem neque hìc appellatam autem merito sumente omni, utique palàm quòd dictum præter rationem non præter irrationale, non malum est solum, sed et non malum; cui qui-

dem est præter rationem malum, cui autem secundùm naturam non malum. Ubi enim ratio non est, nihil talium malum, velut in brutis animalibus, et non quoniam passioni pati secundùm naturam, ratione vinci præter naturam. Etenim hoc secundùm naturam majori modo, eò quòd inest sibi à suâ naturâ. Ubi enim hoc quidem melius est, hoc autem deterius oppositorum, quamvis operans ut natum est quæ suî ipsius patiatur, meliori serviens transfertur ad id quod supra ipsius naturam : quoniam et ratio operans ut ratio expellit quod in nobis divinum, ratione melius, quamvis operationis speciem ipsa secundùm naturam existentem agat, prævalente attamen illo majori modo ratio habet locum. Unumquodque enim entium ; hoc quidem conjugum sibi bonum, hoc autem majus a meliori. Sicut intellectus divinè operari, sicut anima intellectualiter, sicut corpus *αὐτοκινήτως*, id est per se mobiliter. Igitur et quod irrationale, ut quidem tale ens et irascens et concupiscens movetur secundùm naturam, et tantò magis quantò magis utrumque (*) omni ejus qui secundùm naturam motum intendit quòd secundùm naturam. Ut

(*) Codex quoque in margine habet ; OMNI ENIM EUM, QUEM.

autem ei quod in nobis divino coexistens, et impediens illud ad agendum quæ ipsius, et potens participare ab illo alio majori bono quo privatur, quamdiù vult suî ipsius motu moveri, dicto præter rationem malo eum qui in partiales animas dat ingressum. Si autem hæc vera dicimus; necesse opinantes non secundùm Providentiam esse ista, aut divinæ animæ eum qui in generationem descensum accusare, aut mortalis eum qui in generationem. Ambo enim dantes fieri secundùm Providentiam omninò necesse, et generationem ejus quod præter rationem in bonum remittere (*) condignum petenti in mundum Providentiæ. Sed quod quidem bonum et usque ad ultimam mundi partem descendere alterum animam palàm, ut et hìc perfectum sit omne, et non solùm sit rationalium animalium, et immortalium, et iterùm irrationalibus et mortalibus plenum; sed et intermediis horum rationalibus simul et mortalibus, apponatur autem quod et mortalibus et irrationalibus aliis. Est etiam aliquid, etiam tale et in hoc omni; etenim deficiens iis imperfectum utique

(*) Cod. habet in margine : *dignum penetranti in mundum Providentiæ.*

verè esset omne, id est, universum. Quòd autem divinâ animâ in generationem accedente, oportebat mortalem ante hanc adesse corporibus; et non hanc ipsam inhabitare in carneis eis et osseis et totaliter terrenis organis, omni utique manifestum. Quomodò enim utique non vivens et multæ mixturæ corpus participaret per se animâ incorporeâ et immortali ? Quomodò etiam non in veritate immersa materialibus molibus suî ipsius excæcaret rationem, ipsa omnia patiens quæ mortalis animæ; sentiens quidem eas quæ circà corpus passiones quæ sensûs; figuras autem detinens passionum quæ phantasiæ; concupiscens autem opportuna corpori quæ concupiscentiæ; refellere autem volens lædentia mortale animal quæ iræ. Nihil enim horum operans, magis autem patiens, corrumperet utique non magis corpus, et frustrà utique descensus esset non jam adjutus ab ipsis suscipientibus ipsum, sed corruptis : neque enim corrumpentia ab extrinseco nosse possibile, sine sensu cognoscente singularia; neque appetere potum aut edulium sine concupiscentiâ; neque persequi mortale sine memoriâ potentium ipsum lædere vel juvare; quantò igitur melius quam ipsam esse sapientem hoc, quod ab alio pa-

tiente molestetur forte ab illo et hoc quandòque, et non sempiterno tempore, tanto utique animæ majus bonum erat applicare irrationali quam ipsam utique irrationalem fieri quæ illius substinentem. Si igitur et hùc descendere oportebat immortalem animam et propter ipsam substitui mortalem, et ambo hæc secundùm Providentiam : deinde utique et hoc τὸ præter rationem referri ad eumdem Providentiæ terminum gratiâ ejus quod secundùm naturam sic in animabus esse quod præter rationem gratiâ ejus quod secundùm rationem, operante præter rationem subsistente gratiâ agendi secundùm rationem eam quæ in nobis rationem. Sed hujus quidem problematis sit satis : dictum est enim, ut ad præsens sufficienter.

6. Consequenter autem huic considerabimus sextum. Si Providentia est; et Providentiâ ente necesse quòd secundùm dignitatem esse : qualiter vitarum in universo humanarum tanta inæqualitas? Iis quidem tyrannizantibus cùm sint pravi; iis autem servituti addictis quamvis boni sint? Et iis quidem benè habentibus in corporum εὐεξίαις, in fortunæ largitionibus, in similibus omnibus; iis autem totum contrarium, in melioribus viris circumstantiis

deterioribus occupatis. Omnia enim talia mordere videntur Providentiæ rationem, non æqualibus solùm inequalibus hìc distributis quod et ipsum irrationabile est, sed è contrario inæqualium melioribus quidem deterioribus, deterioribus autem melioribus; quamvis neque arithmetica mediata in talibus congruere putata; sed geometrica, quæ propter hæc et bonis indicium ille dignificavit appellare. Primò igitur dicamus quòd Providentiâ singulis, sicut dicitur, congruentia distribuere, et fines convenientes habitibus largiente, nihil mirum ipsam bonis quidem quæcumque coaugent virtutem dare; non boni autem hæc quæ circà virtutem relinquentes, student intendentibus circà corpus quidem sanitatem, circà pecunias autem et potentatus, sollicitant pecunias et potentatus, de quibus boni nihil curant sicut igitur qui circà apparentia bona intenti solummodò non ægrè ferunt quòd non temperati sunt, quòd non speculatores entium, quòd non imminorati animabus; sic neque boni contristantur quòd non ditescunt, aut nihil possunt ad hæc negotiantes, solius autem virtutis sectatores entes quam habent; neque enim agricolæ indignantur non obtinentes ea quæ navigantes; neque isti non metentes; sed

utrique propriis finibus intenti, si hos obtineant a Providentiâ, se frui iis gaudent. Non igitur dicamus quòd ingeometrizata sit Providentiæ donatio; sed omnium maximè præmusicalis, omnibus quidem ens bonarum largitiva, singulis autem eorum quæ student, et eorum quibus dignos seipsos ostendunt, aut verorum aut apparentium. Etenim hoc palàm quomodò virtutem quidem persequens semper obtinet desideratum, et vivit secundùm virtutem : qui autem extrinseca appetit, non semper obtinens conjugata suo appetitui; et hic Providentiâ convenientia habitibus largiente, iis quidem quod mansivum et αὔταρκες, iis autem quòd dubium, et indigentiâ plenum. Primò quidem igitur hoc discendum; post hæc autem quòd et apparentium bonorum defectus confert studiosis ad virtutem; horum quidem movens animas, at horum conceptum exercitans conditionibus assuefaciens corpora contemnere, abducens à sollicitudine circà apparentia; horum autem majori modo insinuans virtutis magnitudinem quanta sit; denudans quidem iis quæ apud multos sunt credita bona, ipsum autem per se venerabile et super eminens illis quæ multi sunt admirati ; exhibens speculari potenti-

bus aspicere veram pulchritudinem ; neque enim gubernativam artem in tranquillitate maris et aeris admiramur, sed in tempestate et turbationibus; neque virtutem in affluentiâ humanorum; sed in iis quæ à fortunæ plagis inconcussam manentem. Tertiò igitur Providentiam esse eruditivam dicentes et eorum qui non secundùm Providentiam vivunt in talibus distributionibus, non utique longè à vero conjiciemus. Si quidem enim esset bonis semper dans divitias et pulchritudines corporum et potentias, malis autem turpitudines et ingloriationes, et pecunias et omne quod tale, videretur utique exter virtus quidem omnia comprehendens honorabilitatem habere; malitia autem quod fugibile. Nunc autem et secundùm se ipsam solam ostendens virtutem, et malitiam cum suis abundantiis; in hâc quidem majori modo admiratam etiam in deteriori fortunâ; hanc autem majori modo fugiendam etiam in meliori, ad amoremque virtutis excitare bene natos, et ad fugam malitiæ videntes; hanc quidem propter seipsam vituperantem fortunam; hanc autem omnimodam conditionem ut verè ornantem; et hanc quidem ut proprio ornatu utentem; hanc autem neque alienum sinentem imminoratum, sed hanc deturpatione replentem.

Aut non vituperat quidem divitias injustitia, sanitatem autem intemperantia, potentiam autem magnificentia animæ, et ornat paupertatem quidem magnanimitas, ægritudinem autem virilitas, impotentiam autem μεγαλοφροσύνη, id est magnisapientia; hæc igitur sic distributa eruditiones Providentiæ dicentes, non utique peccabimus à veritate. Et etiam illud nobis dicendum, ut videtur; quòd homo quidem anima, et ostensum hoc benè est: sed anima corpore, et specie vitæ mortali utens. Et hæc sæpe contrariantur immortalis animæ amativis operationibus circà id quod verè bonum, et indigere potentibus ipsa prohibere, ut ægritudine quidem ut non lasciviens corpus distrahat eum qui in nobis intellectum, paupertate autem, ut non intemperata vitæ species habeat repleri per pecunias; impotentiâ autem, ut non φιλότιμον, id est amativum honoris; propter quæ et multi studiosorum infirma loca pro sanis voluerunt habitare malè pullulans corporis punientes, et eligentes languens organum circumferre, quàm per robur utens despicere. Alii autem et divitias quas habebant abjecerunt, volentes animam habere liberam ab iis quæ propter divitias pullulant passionibus. Et multa occur-

rerent tractantibus hæc : Plato quidem infirmum locum occupans, ut removeret corporis superegressionem. Crates autem abjiciens pecunias, et illud vulgatum proclamans : Crates venacula pecuniarum liberat. Et alius talium historiarum numerus. Si igitur Providentia dat ista bonis quæcumque et ipsi sine illâ sibi ipsis affectant propter amorem virtutis; quomodò utique illam querelabit aliquis pro eâ quæ in bonos largitione? Quomodò autem utique non punitiones aliquis magis appellabit donationes talium in malos, arguentes quidem ipsorum per organorum subministrationem malitiam, quam latebant utique fortè latentes; majorem autem exigentes vindictam eorum quæ agunt utentes pravè organis; et neque hos Providentia deteriores facit largitione organorum. Multi enim habituri insanabiles manent, sine operatione interim entes; oportet autem et eos quandòque sortiri curatione aliquâ. Ad hoc autem iterùm et virtutem non unam entem et hanc individuam, sed multiformem, quandòque quidem in alias; quandòque autem in alias προϐολὰς id est projectiones organorum, rationum Providentiam excitare putandum, et secundùm omnem operans qui virtutem habet sincerus ipsius detes-

tator appareat certatoribus eorum qui secundùm ipsam agonum, propter quod et πρακτικὸς in quietem sæpe transfertur, eum qui in ipsis intellectum convertens in seipsum, et contemplantes interiùs, solùm ad praxim movet virtutis speciem qualis erat, et quomodò multarum viarum docens; ad hæc quidem et dat organa, et quibus dedit aufert, et varians vitas provocat bonorum habituum ad omnem operationem habitus qui est meditatio ejus qui cum diis hujus universi dispensationis; propter quod et à patriâ expellit aliquem et à patribus, et amicis, et ubique et in omnibus factus et manens idem semper modicùm respiciat terram, et alium in suis conservet paternalibus diis servitorem, et cognoscens cooperatorem in eam quæ congeneorum Providentiam; quare et dicet utique studiosus, et non qui μηχανοποιός, id est mechanica faciens : solus datâ mihi potentiâ omnium moveo circumstantiam; potentia enim ut verè virtus ad nihil deficiens circumstantium; et quia exercitia hæc earum quæ in me rationum Providentia dat quibus operet utentem, tanquam (*) generosum flecti ad nihil concidentium. Neque enim contingentis est aut sum-

(*) In margine : *gratiosum.*

mam bonam fortunam temperare, aut ultimum infortunium μεγαλοφρόνως, id est magnisapienter ferre.

Rursus igitur dicamus secundùm alium modum, quòd Providentiæ opus est non in unum solùm concludere omnimodorum bonorum dationes; sicut neque Plato optimam civitatem instituens, putat oportere genus unum omnibus adornari bonis; sed distribuere, iis quidem alia; iis autem alia: hoc autem erat civitatem felicem facientis, sed non partem unam; sed quoniam in generationem animæ provenerunt, oportet quamdam experientiam etiam malorum eorum quæ hîc ipsis in esse, à quibus provocatas faciet appetere eam quæ hinc translationem ad illum qui extra mala locum. Bonis quidem igitur à se ipsis entibus, apparentium tristium donatio ad hoc ingeniata est à Providentiâ. Malis autem bono quidem oportebat participare, et idolo aliquo hoc et participat: quæ autem ex vindictâ punitiones dirigunt et has ad eam quæ hinc fugam; et etiam omnium eorum quæ habemus, hæc quidem habemus propter αὐτεξούσιον, id est libertatem arbitrii nostræ animæ: hæc autem propter pati ab aliis; hæc autem propter solam universi causam. Quorum quidem igitur nos sumus domini agentes

in se ipsos, horum nos ipsos accusandum. Causa enim aiunt volentis, si ægrotaret quis propter seipsum, sive et penuriam habeat, et non Providentiam. Non enim pro (*) interemptione libertatis arbitrii deducentem, hoc etiam αὐτεξούσιον in universo dicimus obtinere sed salvantem genitum. Pro iis autem quæ ab aliis patimur, quamvis injustè patiamur; sed universi lex dat quidem partibus in invicem agere secundùm suum impetum. Talia enim omnia quæ in unum tendunt; hæc quidem naturaliter facientia et patientia; hæc autem electionaliter; assequitur autem vindicta omnibus et benè agentibus et malè, et patienti secundùm dignitatem existit pati, et quod fecit non negligitur à lege. Etenim sicut immaterialiter agentibus non contingens incontingens aiunt facere, neque pati à contingente contingens; sic et in iis quæ electionaliter operantur, non quicumque à quocumque pati videtur, sed ab ordinato in universo ad hujus opportunitatem. Sed neque faciens relinquit id quod est sortiri αὐτοκινήσεως id est proprio motu, quamvis fiat organum universi: nam qualitas impetûs ad vindictam ducit id quod egit; non enim inanimatum organum

(*) In margine quoque : *intemperatione*.

erat, sed ut seipsum utenti cooptans. Eorum autem quæ ex solo universo patimur, sive meliora, sive deteriora, nostram dignitatem causandum, et hanc aut ad præsentem vitam referendum, puta si indigeamus fræno aliquo; multi enim et propter circumstantias meliores facti sunt, aut ad eam quæ ante; non enim à principio fuerunt (*) studiosi; et opus est purificatione earum quæ ante virtutem præparationum; aut ad futuram, Providentiâ abducente nos ab humanis, ut solam habentes virtutem perfectum ipsius in nobis statuamus amorem, solam bonum esse persuasi.

Adhùc autem si quis eodem modo quærat, cur et inæqualibus æqualia à Providentiâ existunt secundùm arithmeticam æqualitatem, hoc enim reliquum; velut civitates totas perire, et unum esse in ipsâ interitum bonorumque et malorum, dissimilium in habitibus similem ut videtur circumstantiam; dicet utique quis, æstimo, et ad inquirentem ista: primo quidem quòd non secundùm quod dissimiles sunt, hæc simile patiuntur; sed secundùm quòd similes civitatem eamdem forte inhabitare volentes et navem

(*) Σπουδαῖοι.

eamdem intrare, et commilitare cum invicem et si quid aliud ejusdem cum iis speciei, et sic secundùm ipsis actionem idem aliquid passi sunt. Sed secundùm quod meliores et deteriores, diversam habent communis passionis illationem; si quidem iis impatientes, ii autem mansuetè ferentes perierunt; et post separationem, hosquidem meliorum locus suscipit; hos autem qui deteriorum. Secundò autem quod et tales coordinationes simul salvatorum aut pereuntium similiter colligans in universo est quidem ordo et fati communis periodus à diversis principiis in eumdem finem obvians, et concursus processuum aut salvantium omnes aut perdentium, et oportet partes totis assequentes, hasquidem cum aliisaliquid facere et pati, has autem cum aliis; quoniam et in iis quæ hic disposito corde si contingat, aliquando quidem compatitur una aliqua pars, aliquando autem plures, et in hoc omni imprincipaliores partes. Eæ quidem singillatim patiuntur, eæ autem communiter a principalioribus, eas autem pati nihil à quibus aliæ patiuntur; non mirum quare, si quidem horum motus secundùm Providentiam, et quæ ab iis ex necessitate assequentes passiones. Si autem nulla ratio permittat has esse secundùm Providentiam quæ ab illis dependent; neque illas dicet se-

cundùm Providentiam esse, adjiciatur etiam dictis à nobis accusantibus quidem æqualitatatem in inæqualibus, quòd latuit ipsos secundùm multas causas, animarum æqualitas in aliis et aliis ens diversa. Etenim sicut sub eodem Deo proficientes, velut sol et luna, aliæ quidem aliorum ad invicem assimilantur, et sicut in prioribus periodis eadem ad invicem operantur; et nihil mirum nùm et eamdem pati retributionem sustinentes eorum quæ egerunt communiter communibus passionibus; quanto amplior communicatio aliorum ad alia, tanto et incidentium ipsis similitudo accidere amat. Ad eos autem qui pro inequalitate ea quæ ad habitus accusant ea quæ ex Providentiâ, quod præter hoc quod veris bonis superferuntur meliores, apparentibus autem deteriores, quod utique distributionis secundùm dignitatem erat, et apparentium bonorum maxima bonis Providentia, et jam nihil negotiantibus præparat differenter. Annon bonam gloriam delectationi et divitiis et corporis sanitati præponemus, quæ solis bonis datur! Sicut inglorii mali omnes et inhonorati, quamvis myrii adulatorum ipsos circumstent! Mortuos enim subsannant qui viventes extollebant; bonos autem majori modo mirantur, et qui viventes

despiciebant. Si igitur et exteriùs positorum bonorum maximum existit melioribus; quomodò non Providentiam et in iis dicemus conjecturare id quod secundùm dignitatem; iis quidem largientem quæ usque ad vitam quæ hìc, tanquam quibusdam παρȣ̃σι (*) impingnari et efferri desiderantibus; aliis autem quæcumque possunt transmittere ad eam quæ post hæc vitam. Etenim ii quidem vivunt secundùm mortale animæ, ii autem secundùm immortale. Conveniunt igitur præferentibus quidem mortale eorum quæ intrà et eorum quæ extrà, quæ magis mortalia; augentibus autem quod immortale quæ magis immortalia, et salvatur quod secundùm dignitatem utrisque in datorum similitudine ad suscipientium vitam. Si autem et habenti quidem virtutem semper quòd propitium adest, quod utique ab ipsis existit diis; pestilenti autem totâ vitâ inquietudinibus et turbationibus et bestiarum delectationibus et silvestritate, veneno punitorum amaritudine: et requies horum nulla malis inexplicabilibus entibus, quomodò non omni palàm qualiter Providentia hunc quidem pronunciat dignificatum melioribus; hunc autem amplectentem passiones,

(*) Vel Παρουσίαις.

per sibi largita connumerat deterioribus naturæ hominis?

7. Age itaque relinquentes quæ de hoc speculamine adjectiones, ad illas transeamus continuas entes de brutis consuetas moveri quæstiones, et consideremus septimum hoc problema Providentiâ etiam ad illa progrediente, quæ in illis æqualitas, puta iis quidem benè patientibus, iis autem non; et iis quidem in ægritudinibus entibus, iis autem *ἐυεξίαις*; et secundùm alias tales differentias ab invicem separatis: quæ autem rursùm et in iis æqualitas dissimilibus entibus? Quoniam et horum communes quasdam videmus factas corruptiones, sicut hominum, et oportet in iis causam eventuum speculari, persuasum Providentiam usque ad ultima protendi; et etiam de suî ultimâ devoratione considerare secundùm quam sit rationem. Tria enim esse hæc quæ exhibent de eâ quæ in iis Providentiâ dubitationem, scilicet inæqualitatem eorum quæ circà ipsa eveniunt, communes et horum corruptiones, eam quæ invicem devorationem, de quibus jam aliquid dicamus, illud determinantes primò. Aut enim est aliquod in iis vestigium vitæ *ἀυτοκινήτου* id est ex se mobilis, et separabile à corpore, aut nullum: sed omnis quæ in ipsis animæ species coextinguitur cum

corpore, et qualitatibus assimilatur et innato callido : Iis autem determinatis abundabimus jàm et in iis ostendere eam quæ secundùm Providentiam dispensationem. Si quidem igitur habent aliquod et horum, ut diximus, vestigium vitæ *ἀυτοκίνητον*, et deterius seipso possunt aliquid facere et melius quale esse *τὸ ἀυτοκίνητον* dicimus, sive secundùm opinionem, sive secundùm veritatem, et bonam domesticationem et invicem devorationem et communem etiam horum corruptionem in Providentiâ sicut in hominibus referemus singula suarum passionum curantem et ornantem et temperantem secundùm vindictam et coordinantem aut secundùm similitudinem vitæ, aut secundùm mundiales periodos, aut secundùm utrumque : hoc enim et in humanis animabus verius, invicemque devorationes ipsis sinentem ; sicut et in nobis eos qui contrà invicem impetus secundùm eumdem *δίκης* terminum, excepto quod bestiarum modum in eam quæ invicem epulationem quæ per invicem punitio terminat; eum non sicut ipsis pecuniæ et possessiones ad occasionem superegressionis, nihil enim est; relictâ autem solâ eâ quæ in corporibus superpetitione, corporibus ad purgare malitiam seipsam opus et

hoc valdè magnum providentiæ etiam in iis uti turpi velut organo ad similis purgationem, et τὸ injustè quidem facienti, justè autem patienti, quod utique ipsum manifestat utens aliud esse et propter hoc fieri passionem justam, et hoc etiam et omne quod tale habere etiam in illis locum; dato et iis competere propter idolum αὐτοκινήσεως deterius à se ipsis disponi et melius. Omninò enim et justiora quidem fiunt et injustiora, et temperantiora et intemperantiora, et magis domestica et silvestriora. Quæ quidem igitur ex Providentiâ ipsis meritò superveniunt diversa, ab iis quidem auferentia quod amarum per tolerantiam, iis autem perfectum exhibentia temperationis vitæ, ad invicem autem factorum justorum expetentia pœnam in iis quæ ab invicem passionibus, et multa utique talia extendere habebit aliquis propter similitudinem vitæ determinantis similia humanis etiam in iis, quoniam et coordinationes et communes corruptiones, vel salvationes, aut in eam quæ secundùm substantiam communionem aut identitatem utentium ipsis dæmonum velut gregis principium quorumdam possibile reducere, aut in omnium periodum unam sibi consonam, aut indebitorum eorumdem solu-

tionem propter identitatem operum, singula enim horum habebunt verisimilem rationem puta iis à simili amarâ vitâ similia sortiri, aut injusta facta. Eodem modo et etiam fati esse concursum propter consonos ipsorum ad invicem in generationem descensus. Supponitur enim inseparabile aliquod à corporibus habere, et *αὐτοκίνητον* sortitis entibus gaudentibus iis quidem talibus corruptionibus; iis autem talibus remissionibus, et iis quidem aliis, iis autem aliis; aut secundùm substantiam, iis quidem invicem propè entibus, iis autem alienis; et propter hoc iis quidem factis in similibus passionibus; iis autem in contrariis, aut etiam omnibus iis concurrentibus invicem secundùm unum providentiæ terminum, secundùm quem et fatata iis quæ in nobis congregantur, et quæ antecedentium assequentibus et una ex omnibus complicatura evenit, et eorum quæ dependere videntur. Undè enim coordinatio hæc et τὸ unum, nisi ex uno? Quod utique maximè Providentia determinare dicebamus quod et factum bonum pronunciat, uni bono conveniente. Si igitur tota vitæ species in brutis sit mortalis in corpore mortali posita, quasi utique cor-

pus et nihil suî ipsius habens, vel illius in quo est : omninò utique et Providentiæ ratio in iis similis erit et communis, sicut et in plantis quibus sine phantasiâ sola natura injacet, separabile nihil habens à radice. Quæ igitur et in iis et in sentientibus, et phantasiantibus et fortè sola quæ in sensu pati, aut passa esse potentibus Providentiæ ratio. Aut quoniam eorum quæ in mundo hoc omnium una quidem est in omnibus ratio; partes autem aliæ quidem principaliores cor, et principalibus in nobis proportionales; aliæ autem minus principales iis; non tamen et in ultimum ordinem deducto pulmoni, et cooperantibus illis conjugatæ; aliæ autem multum distantes à principiis, unguibus et habentibus in nobis debile vestigium vitæ similes. (*) Operatione quidem dicemus totum mundum ambo recipere secundùm omnes partes, Providentiam dico et fatum. Sicut et nostrum corpus totum et partes quæ in ipso naturâ, et rationali animâ singulariter providente; sed quæcumque quidem principialiores Providentiâ magis; quæcumque autem ultimæ Fato magis; quæcumque autem intermediæ nihil magis altero, quam reliquo. Prima quidem igitur et principalia universi multam eviden-

(*) Al : oportere.

tiam habent æternorum Providentiæ in ordine semper currentia et intellectum imitantia, et boniforima omnia, et benefactiva aliarum partium entium, conditiva, vivificativa et omnem virtutem habentia promptam. Media autem talia sunt quæcumque electionem utentia eam quæ ad ambo extrema participantem vitam susceperunt, non præter modicum ex unâ qua ex alterâ dispensata videntur. Etenim Providentiæ evidentis homines experientiam habent usque ad dicere quod sentiant ea quæ ab ipsâ, et promptum esse omnibus eam quæ super lenitate verbi νεμέσεως correctivam operationem et fato ut plurima et eorum quæ in ipsis sunt ad illud remittere propter evidentiam eorum quæ ab ipso eveniunt. Etenim amborum habent donationes tangentes ἐπίϛασιν id est attentionem; hac quidem in christeriis (*), in apparitionibus deorum aut dæmonum incuriis iis quæ per somnium in omnibus talibus, hoc autem in necessitatibus fati omnimodis et sentientes operationes astrorum, et usque ad nos procedentem; ita ut etiam gentium si diversæ opiniones harum quidem attestantium omnium dominum esse fatum; harum autem

(*) Χρηστηρίοις.

credentium Providentiam maximè adstare humanis. Nam quod utriusque evidens in nostris imperfectas adjectiones quomodò solum adducit, propter suî ipsius quidem operationem tangens; propter imperfectam autem tacti intelligentiam solum esse putatum; tangitur autem ab ambobus quod congeneum tangenti promptum habet; congeneum autem Providentiæ quidem qui in nobis intellectus; fato autem quæ in nobis necessitas. Vivimus autem aut secundùm eum qui in nobis omnimodè intellectum; aut secundùm eam quæ in nobis necessitatem. Tertia autem eorum quæ in mundo, et nihil habentia absolutum, etsi utrisque etiam hoc participent secundùm fatum, fere vivunt solum, veluti tacta indè et tota ab ipso dispensata secundùm tota seipsa. Corporum enim fatum, et in corporibus inhabitantium, aut secundùm substantiam, aut secundùm operationem solam dispensativum. Omne igitur quodcunque viventibus isto modo existit ex Providentiâ, effectibus fati complexum est, et velut fatatum sit coalternatum cum illis, et propter hoc fato principium generationis iis exhibente, et in formam ipsorum esse secundùm se et τὸ benè esse secundùm illud principium. Sequitur quòd utique Providentia circà ipsa est

finale vestigium, ut siquidem prima horum consistentia habeat talem in universo partem, et vitam esse iis talem, et corruptionem consequentem primæ consistentiæ. Si autem alieniorem accipiat aliquid generationem, alienioribus sortiri, et iis quæ indè in ipsa descendentibus. Sive igitur invicem corrumpant, sive ab aliis hoc patiantur, sive communiter cum aliis, sive seorsùm, sive delectentur, sive doleant omnia hæc, prioribus motibus assequuntur quibus necesse minus principales partes semper assequentes nihil suum habere, sed idem pati cum umbrâ omnimodè transfiguratâ secundùm corporis motum cujus est umbra, et quod secundùm in ipsis; quia tale plasmatum talem oportet vitam habere. Quoniam et in *αὐτοκινήτοις* dignitatem determinare dicimus *τὸ* quale uniuscujusque. Sed hoc utique *τὸ* quale illis quidem à seipsis, non *αὐτοκινήτοις* autem ab aliis, et non quærendum iterùm, propter quid hoc quidem in hoc ordine factum est universi; hoc autem in alio; et hoc quidem delectatur; hoc autem tristatur propter principium suî ipsius consistentiæ; aut id quod præter naturam super inducens; aut quod secundùm naturam consistenti secundùm ipsum. Nam hoc quærere est, quare principium principii: principium enim solum

modò talium est universi ordo, quo non oportet prius quærere in non habentibus ad prius neque totaliter entium; illativum autem semper alicujus ens, quandoque quidem alterius: quandoque autem alterius plasmare quod fit secundùm suî ipsius solius factionem. Si autem aliquid aliunde, et prius ens venit in ordinem in isto quod secundùm dignitatem et quod ad ordinem consonum inquirere necessarium, et complicare ambo non frustrà aliud alio complecti. Omne autem quodcumque non in ordinem intrat, sed ab ordine fit, concordat ordini etsi nihil sit conducens, et hoc est ipsi τὸ secundùm dignitatem, ordini colligari à quo genitum est. Ipsius autem quod est factum fuisse dignitatem non suscipit. Omne enim τὸ secundùm dignitatem attribuitur præexistenti. Hoc autem non erat totaliter ante generationem, ut utique et eam quæ secundùm dignitatem quæreremus generationem. Quare ut summatim dicamus quod videtur entibus quidem ante ordinem ordo secundùm dignitatem; iis autem qui ab ordine non secundùm dignitatem, sed ordo principium ejus quod secundùm dignitatem. Nam τὸ secundùm dignitatem posterius, sed non primum, et communes aiunt conceptiones, hunc quidem secundùm dignitatem dicentes

pati, hanc autem non secundùm dignitatem; quando nihil vident prius quo dignum id quod posterius. Tanta et de hoc dicere habuimus.

8. Octavum autem post hoc consideremus. Hoc itaque multum divulgatum quod et multos movet, et facit ad Providentiam contravenire: scilicet punitiones esse ex Providentiâ in peccantes, non peccatis mox assequentes, sed post tempus, et hoc aliquandò valdè longum, secundùm quam fit rationem? Magis enim utique corrigerentur puniti mox delinquentes quàm post tantum tempus, ità ut neque cognoscant propter quid puniantur; imò et adversùs Providentiam moveantur, punitiones quidem sentientes, obliti autem eorum in quibus peccaverunt; velut qui in aliis vitiis aliorum præteritorum sustinentes pœnas, aut etiam in eisdem, sed ante multum tempus peccantibus. Providentiâ igitur agente boni gratiâ, et magis utique bono sortientibus punitis simul cum peccatis, quomodò non accidens hoc videmus? Sed in aliquibus etiam totum contrarium; ita ut boni quidem non habeant causam eorum quæ patiuntur propter oblivionem eorum post quos præstantes punitiones bonis entibus incidant: mali autem symptomatibus

disponantur quamvis fiant circà ipsas et nihil magis in ipsis videntes quàm in iis qui dicuntur boni evenientes nullam sententiam ferant contrà suî ipsorum providentiam; sed bonitatis vanam ad inventionem nominent, non malitiæ, si quidem eisdem in fluxis desuper utrisque existat malitiæ plus habere in apparentibus. Si autem esset simul cum acto negligenter acti punitio; neque utique malus accusaret fortunam punitus; neque utique bonus molestè ferret. Non enim dùm bonus est patiens, accusaret utique suî ipsius vitam. Nihil enim sic ait aliquis debitum, ut δίκης id est vindictæ super mansuetum factum augebit præsumptionem malitiæ affligentis. Quod quidem igitur non ex necessitate punitio peccatis applicata, et manifesta ens peccantibus, propter quam causam assequitur, descindit malitiam et obstruit ad operationem omni utique palàm, et punitis quidem quotidiè in iis quæ egerunt, agentibus autem ea pro quibus puniti sunt, et conjungentibus mox, ut est dicere, actionibus quidem punitiones; punitionibus autem actiones, sacra violantibus, spoliantibus, latrocinantibus, intemperatè viventibus, et vindictas in iis sustinentibus, has quidem legales et humanas, has autem et dæmonias, et nihil magis abstinentibus, in quibus plagati cognoscunt. In-

serta enim nequitiæ radix, sicut spinas ferens terra, etsi millesies excidas nascentes, similium est productiva, easdem reddit operationes non flexa punitionibus quæ super iis; quare et simul cum peccatis punitione assequente ad malos, non abstinere à peccatis aut modicum aut nihil, ut est dicere, faciente. Quid Providentiam accusamus de dilatione propter hoc? Sed quid dico præsentis punitionis super peccatis proficuum esse modicum? Sed neque promulgata evidentissimè et confessa ab omnibus malitia contrahitur ad expletionem suorum motuum : sed mox appetitis, sortiri antè præfert ea, quæ sub oculis jacente plagâ distinguens per jam et nondùm actionem ab expectatâ punitione; quòd autem neque correctiones peccatorum mox adhibere artificiale, manifestant medicorum judicia, eorum qui ut verè tales, et non passiones solùm, sed et tempora considerantium, in quibus singula curare volunt, et expectantium illa quamvis videantur esse remotiva, et non cogentium animas obviis, ut aiunt, ægritudinibus dicentes curationum esse tempora. Hæc igitur et Providentiam intelligere puta non corporalium solùm, sed et animalium passionum aliarum alia curationis tempora, animatam curationem observare et oportere Providentiam finem facientem perfectum

curandi congruum expectare curationi tempus. Cum Diis enim, ait et ille, fortunam et tempus humana omnia gubernare; sive dare aliquid bonorum oporteat; sive purgare contrariorum. Si igitur efficacem facit operationem omne ubique tempus, etiam correctivam egressorum, aut id quod secundùm naturam, aut id quod secundùm rationem; et hæc aiunt, hoc quidem in corporibus, hoc autem, ut est dicere, in omnibus humanis negotiis; oportet utique ante hæc putare eam quæ in hoc universo Providentiam ista cognoscentem sive differre oporteat, sive mox sanare, Providentiam considerare non qualiter utique placet homuncionibus, sed qualiter utique proficiat secundùm tempus adducens malignis curationem. Quod enim animarum sanatio δίκη appellata omnium medicinalium artium est exter magis artificiosa, palàm. Etenim quod sanatur anima res divina, ut est dicere, et malitia quam quæ in corporibus magis varia. Ad majorem igitur curationem majori arte indigebit Providentia, majoris autem artis non delectari alios velocitate operationis, sed indigentibus curatione perfectum facere, sive citius, sive tardius, quorum tempus cooperans. Si itaque non convenit non musicos musicorum esse accusatores, et totali-

ter eos qui sine arte artificium; neque Providentiam accuset quis illam cognoscentem, hoc utique optimum in omnibus curationibus corporum et animarum, scilicet tempus dicam efferre sententiam à malitiâ punitus; sed audiat dicentem, et si tibi patiendi instet tempus, et actoribus decens adveniet patiendi; si enim hæc meditetur aliquis, hos quidem miserabitur pro irradicatâ malitiâ, seipsum autem videns jam sortientem iis in quibus illi manent, erit Providentiæ, ut æstimo, zelator simul et laudator. Considera autem, si vis et aliam rationem omnium verissimam; quid quidem est quod puniri intelligis rectè, et quid malum pro quo punitur quidam rectè. Nonne hoc quidem est λώβη, id est spoliatio animæ et perversio, et propter hoc dicitur et est ipsius entis malum languentis maximâ ægritudine, non hepatis neque cordis ægritudine, mortalium et corruptibilium rerum, quibus τὸ secundùm naturam est in esse præter naturam hæc, ex quibus compacta sunt; sed vitæ divinæ quidem secundùm substantiam; infortunantis autem penes casum in alienum locum et ignorantis seipsamque et locum et alutantis (*) alienum entem; punitionem verò rectam præmu-

(*) Ἀλύοντος. Vid. annot.

tatione minorationis hujus esse dicemus adducentem purgationem exter mali et ægritudinis exter diræ. Sicut enim dirum animæ corporis ægritudo retrahens ab eâ quæ in ipsam latione; sed ægritudo ipsius infigens corpori, totaliter in generationem trahens. Hujus ægritudinis igitur curationem punitionem dicentes, non puniri ægrotantes ipsâ punitione utique dicemus ut vere, sed ipsum contrarium, scilicet non puniri. Qui enim puniuntur, profectum habent; non puniti autem circumferunt suî ipsorum λώϐην, id est minorationem insanabilem. Sive igitur mox maligni puniuntur dare δίκην ipsos dicemus, Sive non mox, majori modo et tunc dare δίκην ipsos magisque mansivam ægritudinem habentes et propter hoc indigentes majori punitione, et procurari habentes suam malitiam incurabilem. Neque enim corpori secari solùm et uri malum, sed languere sectione et ustione indigens. Non itaque Providentiæ remissio est sed intentio nondum puniri à puniente rectè, et ut verè, hæc maxima punitio in malo manere impunitum. Et si quis videre seipsum posset talem habitum habentem, tunc utique gemeret exter seipsum tanquam non dignum ut puniatur hâc punitione, quæ est sanatio; sed notatum in universo λελωϐημένον id est minoratum non corporis

aliquâ parte, sed ipso divinissimo animæ; quemadmodùm utique si quis à salvatore Asclepio despiceretur corpore languens ultimè, et despectus gemat multis gemitibus : et quid dico non sortientem Asclepio, et liberantem à malis, quæ habet; sed et aliquo hominum habente artem; quis non utique optabit crure orbatus sortiri orbatione, aut sectionibus, aut adustionibus sanante? Quis vero non iste magis si oculis ipsa insit passio, hoc utique omnibus per ora, scilicet privari lumine omnibus exposito miserabile existimans. Qualem igitur emittet vocem qui animâ minoratus, et valdè pretioso ipso intellectu orbatus, si et qualitercumque sentiat ubi est, non modis omnibus curationem desiderabit, et miserabilissimum seipsum posset non obtinentem et sine doloribus et cum doloribus potentia removere à malitiâ? Ut igitur summatim dicatur non mox puniri punitio est incomparabilis; quare et iis alio modo adest punitio propter excessum nequitiæ, nondum alterâ punitione sortiri factis dignis. Et non ergò post multum tempus, sed multo tempore δίκην sustinent; hanc quidem habentes intrinsecùs; hanc autem extrinsecùs. Etenim τὸ conscium remorsionum ipsis causa ens importabilis et induratum malum vorax inducit supplicium; ita ut lateat cum

ipsi puniantur punitione duplâ quam illi qui puniuntur mox post peccata, ut mihi videtur. Et Socrates præcepit peccantibus ut seipsos adducant judicibus; ut solventes δίκην permutentur à malitiâ, non punitum punito majori modo puniri credens, et nobis persuadens quod majus malum est habere malum, quàm removeri à malo cum dolore. Adhuc igitur et sic transeamus eumdem modum obviationis pro Providentiâ decertantes, magis autem pro nobis ipsis, tanquam benè gubernati. Quid enim utique fiet hominibus majus Dei incitatione? Nonne hæc Plato dicit, quando ait : lumen accendere Deum in secundâ à terrâ periodo, et nobis dare oculos luminiferos, ut per hos videntes eos qui in cœlo ordinatos motus, et sumentes numeri conceptum assimilemus eas quæ in nobis periodos erraticas ad ipsas sine errore entes? Si igitur hoc maximum bonum animabus quæ ad divinum assimilatio; ne forte hoc maximum bonum Providentia adquirit iis qui in ipsam adspiciunt, auferens à nobis peccantibus præcipitem impetum ad punitiones, et præcipiens furiosam iram morosè moveri, et imitari aliqualiter ipsum secundùm posse retardantem punitionem et sustinentem. Persuadens animum dare cum diligentiâ sibi ipsi recogitationis tempus : quare et hunc correc-

tionis modum entem eruditivum animarum non indignum esse, δίκῃ omnibus benefacienti, et iis qui peccaverunt per quandòque in futurum punire, et aliis per jam erudire. Aut non ad hoc respicientes, dico utique ad coërcere tumultuantes passiones, et refrenare acutè reptionis ipsarum motus, et antiquorum aliqui rememorari consueverunt. Plato quidem ait ut super extendit puero virgam, stetit tempore multo elevatam tenens, et causam interrogatus dixit punire suî ipsius præimpetuantem iram. Architas autem ut in agro quæ circà agriculturam jussa erant peccassent, et indigerent punitione, iratus : Benevalete, inquit, quia irascor. Et Theana illa ad ministram dixit: Si non essem irata, verberarem utique te. Per quæ omnia velut præcepta entia admonemur non duobus permittere punitiones furori et ratiocinationi; represso autem furore per tolerantiam, ratiocinationi tradere judicium. Si igitur et virorum talium præcepta erudiunt nos, multo majori modo Deum videntes retinentem punitiones et expectantem tempus, verisimile exscindere nostrum irrationabilem et illibratum motum ad supplicia et μεγαλοπάθειαν id est magnipatientiam (*) ingeniari; quoniam et Deus præinstituit per punire qui-

(*) In codice *magnipotentiam.*

dem solis iis qui puniuntur profectum facientem, per tolerare autem plures erudientem, et impassibiliores facientem. Nam μεγαλοπάθεια, id est magnipatientia doctor impassibilitatis est. Jaceat itaque et iste quem diximus pro dilatione punitionum earum quæ ex Providentiâ modus eruditivus patientiam in ipsum aspicere. Si itaque et illum intelligemus sermonem (oportet enim in nobis ignotas plures recogitare eorum quæ fiunt causas, aliis secundùm aliam factis). Si igitur et illum intelligamus sermonem qui ait Deum prospicere habitus animarum, à quibus peccantes existunt; et hoc et ubique τὸ secundùm dignitatem determinare punitionibus omnibus, quanto, et quali, et tempore. Neque enim eadem omnibus, neque æqualis omnibus, neque secundùm idem tempus convenit punitio. Sumemus utique, ut æstimo, et hinc aliquam quæsiti solutionem. Etenim hoc scilicet, has quidem citiùs purgari, has autem tardiùs, et principium aliud aliis esse purgationis, maximè conjectare id quod secundùm dignitatem animarum ait. Quid enim si eæ quidem non à vitâ, sed habitum habente aliquam passionem peccaverunt; hæ autem ab aliquo velut indurato in ipsis habitu, nonne palàm qualiter iis quidem consequi oportet operationis pœnam aversas ipsas

facientem à talibus operationibus ut non per-negligi operationem, et iterùm atque iterùm agere talia in habitum instituantur; has autem tempore expectare, secundùm quod repleto habitu iis quæ secundùm ipsum operationibus, punitio locum habebit post maturationem et ἀκμὴν (*) superinducto supplicio. Quid autem si eæ quidem propter cognitivum animæ discretionem non habens deliquerunt, vitâ sanè se habente, eæ autem vitam habent λελωβημένην, id est minoratam cum ortali cognitione; nonne et in iis evidens punitionem iis quidem mox superductam adducere ad attentionem neglecti; iis autem dilationem sortitis in tempore congruenti majorem et efficaciorem profectum procurare propter causas quas diximus, non ente interiùs in ipsis suscepturo curationem in instanti, propter omnimodam, ut dictum est, λώβην, id est minorationem. Quid autem si et tempora aliqua fatata sint habituum malignorum, et periodi adducentes celeriorem solutionem ipsorum aut tardiorem, sicut et corporalium ægritudinum. Nonne et hoc manifestum quòd et propter hoc iis quidem existet citiùs punitio; iis autem post amplius tempus propter universi ordinem devenientium ex Providentiâ

(*) In margine : *subducto*.

per hunc in animas quæ in generatione, et complexis tùm fatatis legibus providentionalibus legitimis. Tot igitur entibus modis, et adhùc pluribus, nobis quidem incognitis, Providentiæ autem provisis, secundùm quos congruit, has quidem animarum simul cum peccatis puniri, has autem non simul; et eo quòd secundùm dignitatem in iis ente non omni dignitate, ente citiùs permutari à pœnâ quæ super peccata, non oportet Providentiam accusare pro dilatione; sed quærere causas propter quas verisimile ipsam super mansuetas reddere punitiones quibusdam animarum : aliis autem pro recentibus peccatis correctiones adducere inexcusabiles; et ut non omnia tardè punitorum percurrentes dicamus, nonne et illud oportet considerare, quod vitâ humanâ existente permixtâ, et sæpe magna quidem peccante, habente autem aliquam magnitudinem, et ad magna dirigere secundùm naturam; nam magnarum naturarum utrumque, ut ait ille, verisimile Providentiam et propter ista ingeri dilationem punitionis pro peccatis, ut non humiliatè (*) punientibus, utentes autem magnitudine naturæ magna dirigant; et propter illorum directionem assumant quam non

(*) Al : punitionibus.

habebant idoneitatem purgationis super magnis peccatis. Assequuntur enim utrisque quæ oportet : iis quidem bonorum apponens; iis autem velut sectiones et adustiones medicorum. Si igitur et apud Ægyptios lex erat, prægnantem judicatam morte dignam donec utique pepererit non morti tradere; quid mirum Providentiam delinquentem morte digna, potentem autem parere non quasdamcunque actiones; sed tanquam naturâ magnâ utentem, supernaturales quasdam, conservare ad illas; sed non comprimentem iis quæ pro peccatis mortibus hebetare actionum directiones. Et veniet tibi etiam in iis ab historisatis ad horum fidem multus catalogus. Si enim Themistocles pro iis quæ egerat juvenis ens confestim solvisset vindictam; quis utique eruisset civitatem à Persicis malis ? Quis etiam fuisset Πυθίας id est responsi expositor?. Si Dionisius in principio tyrannidis, quis utique Siciliam à Chalcedonibus liberasset insuscitabilem fore expectatam? Si Periander punitus fuisset non post multum aliquod tempus, quis utique Apolloniam? quis etiam Leucadiorum gaudiosam insulam? quis etiam Anaxorium eripuisset à sibi adversantibus? Quid igitur inconveniens Providentiam in quibusdam propter has causas magnarum naturarum directiones exs-

pectare et super iis adducere morosam pro peccatis punitionem non auferentem ab agere magna bona celeritate vindictæ eos qui magna mala egerunt, sicuti vultuosantem ad ipsos : sed non ad ipsam convertere, et cadentes erigere nactitantem. Et etiam secundùm aliam rationem Providentiæ judicium bonificabit utique quis, hoc tempus considerans quantum est, non apud nos tenuiter intuentibus, et generationis locum quantus est; parvum enim est utrumque et quod usque ad senium tantùm. Apud illam ? et non apud illam solùm : sed et apud eas quæ extrà generationem animas quantum quod apud nos indivisibile tempus ? Et iste locus in quo vivimus corpora circumferentes omninò parvus ad magnorum peccatorum punitionem, τίσεως autem carceres et quæ in inferno loca, multa utique quædam, et inenarrabilia, et multitudines tormentorum inexcessibiles omnibus qui qualitercumque ibi sunt. Si igitur et tempus humanæ vitæ ad Providentiæ oculum nihil est, et locus iste ad punitionem ; et propter hoc utique verisimile utrumque contemni ; et dilationem temporis respicere ad translationem opportunarum magnarum pœnarum, à minoribus ad majora justitiæ observatoria ; et à loco habente cum suppliciis etiam ἐυπαθείας id est boni passiones

ad solum suppliciorum locum; ut et in hâc brevitate solâ δίκην suspensam habentes prodeuntem occultè graviter ferant excitantem eas quæ in ipsis phantasias in supernis, et vigiliis peccatorum et arguentem ipsos à seipsis judicatorium habentes pro iis quæ egerunt remordeant, et post hoc quæ priùs in seipsis viderant deforis videant superducta, et in locis in quibus sint deserti, ab iis quæ qualitercumque possunt delectari. Omnis enim qui injusta egit mox subjectus est δίκῃ, et τὸ dulce injustitiæ veluti escam degustatus, anxiatus reliquo perseverat tempore punitionis in vivendo, præmiis punitionem meditans; propter magnitudinem enim punitionis non simul tota fit adjectio. Excitare autem remorsiones animæ ingeniatæ sunt præcursales ipsis maximarum passionum. Aiunt enim et Apollodorum tyrannum visionem vidisse verberatum seipsum et decoctum à qualibus quibusdam, et suî ipsius cor ex lebete clamans: Ego tibi horum causa. Ptolemæi autem Cerauni vocantis amicos, putare se ipsum in somnis vocari ad judicium à Seleuco, vultures autem ibi consedere et lupos judices. Talia malignis præludia præincipiunt appensarum punitionum secundùm appositionem suî ipsarum illatarum peccatis. Hæc igitur quidem vix veluti fluctus pernatassimus.

9. Post hæc autem consideremus nomen in aliam anomaliam aspicientes, apparentem ex iis quæ à Providentiâ fiunt; quandò peccantibus alteris entibus puta patribus et superioribus iis, in progenitos δίκη dicitur cedere quamvis dicant, si quidem solvissent illi peccatorum δίκην, superfluum et ridiculum Providentiam aliud adhuc iis qui post ipsos ordinasse supplicium; tanquam nihil aliud quàm supplicia inferri in homines volentem. Si autem in peccantibus dimissâ pœnâ in alios ipsam transponit, eos qui non peccaverunt neque τὸ non justè agere diffugit, si injustum quidem negligit; ei autem qui non injustè egit injusti superducit δίκην. Quod autem peccatorum progenitorum δίκας sustinere dicuntur quidam et revelationes et τελεταὶ manifestant hoc, et etiam λύσιοι quidam Dii purgare ab iis affirmantur. Providentiâ igitur ente, et eò quod secundùm dignitatem assequente Providentiâ, quomodò hæc rationem accidendi principiis iis habent sufficientem? Iis itaque secundùm locum hunc dubiis entibus, dicatur. Primò quidem quod omnis civitas, et omne genus unum quoddam animal est, majori modo quam hominum unusquisque, et immortalius et sanctius: etenim unus πολιοῦχος, id est præses multitudinis ut uni animali civitati præest, et ὁμόγνιος id est

caput generis unus et uno toto genere, et periodus una communis civitati est; et generis equidem secundùm eadem concludens utriusque vitam et mores: ii quidem aliorum; ii autem aliorum et civitatum et generum; tanquam utique ὁμόχρονος id est contemporaneum eâ quæ in iis ente vitâ, et corporum magnitudines et pecuniæ, differentes et figuræ et motus tanquàm utique unâ naturâ per civitatem totam et genus unumquodque eorum quæ in civitate pertingente; et hanc quidem unam, hoc autem unum faciente. Si igitur et Providentia una et Fatum circà hoc unum; et vita ejusdem speciei, et natura ejusdem radicis, quod ingenium non est aliud unum, civitatemque et genus vocare, et tanquàm de uno utroque horum differentium jam facere rationes, et eo quod singulis nobis sit longævius aliud et divinius, et omni magis assimilatum, et secundùm comprehensibilitatem minorum aliorum aliquid; cùm et secundùm ipsam quæ ad æternum congeneitatem. Si igitur est, sicut ostensum est, aliquid unum et civitas unaquæque et genus unumquodque, quid miramur si ea quæ progenitorum et usque ad pronepotes exsolvuntur? Et civitatum vita desuper tanquam finem evolvens una ens actorum in aliis temporibus aut meliorum aut deteriorum, in aliis habet retribu-

tionem. Non enim unumquemque nostrum solum eorum quæ egit alio tempore fructum habentem, et recipientem aut vindictam Providentia ostendit, sed et civitatem ut unam, et genus ut unum, et hoc aliud : non neglectis quidem neque primis agentibus. Neque enim fas aliquid negligi, Providentiâ ente. Et posterioribus autem propter eam quæ ad illos ut ad capitalem compassionem, et propter eam quæ cum ipsis ut in unum aliud consummationem suscipientibus ab illis provenientem partem : geniti sunt enim ex illis, et communem habent cum ipsis vitam et naturam; quare meritò et honorantur et puniuntur propter illos. Si autem omnibus unius partibus entibus, et aliis coaptatis aliis, non qui propè; sed qui remotiùs, similia iis qui ante sortiuntur, nihil æstimo mirum. Neque enim partium omnium eadem ad omnes similitudo; sed harum quidem major; harum autem minor, neque proportio eadem, sed hæc quidem colligans magis, hæc autem minus; et hæc quidem non, eo quod propè habet τὸ magis aut τὸ majus; nihil enim prohibet quæ remotiùs magis assimilari quam propinquiora. Et hæc etiam ab operibus medicinalibus manifesta; angis enim ægrotantibus non quæ propè, sed quæ ex opposito adurunt; et hepate ente turgido epigastrium laxant; et boum ungulis

mollificatis ungunt non proximas partes ungulis, sed cornua; Fiet enim ipsis non per ea quæ propè sed per compatientia effectus in indigentia sanatione. Primi igitur delinquentes omnes solverunt pro peccatis vindictam; et per eos qui posteriùs compatientes ad ipsos pertransit aliquid et in illos occultè; et neque isti patiuntur injustè, sed entes propinquioribus magis illis assimilati, à simili vitâ et compatiente similia sortiuntur à Providentiâ. Si autem oportet et hoc dicere (*) transcorporationes animarum admittentibus, et delationes in diversas vitas; placebit utique et dicere illorum esse qui prævixerunt animas in aliis factis secundis, aut honoribus fruentes pro iis quæ in prioribus egerunt vitis, aut suppliciorum decentem retributionem suscipientes. Et hoc etiam ab historiâ manifestum. Aiunt enim et magnum Apollonium eo qui à Diis honore in illâ vitâ sortiri et divinâ vitâ, qui in priori vitâ salvavit mulierem virginem (**) secuto tempore acquisitivâ degentem vitâ. Quid igitur adhùc inopinabile et vindictas solvere translatas in altera corpora pro iis quæ in aliis corporibus? Neque enim (***)

(*) In margine : *metempsycosin.*
(** In codice : *secum tempore acquisitivâ degentem vitâ.* In margine : *secuto tempore acquisitivâ de degente vitâ.* Vid. annot.
(***) Al : τύχουσαι τῆς τυχούσης.

contingentes animæ contingentibus associanter generibus; neque in civitatibus contingentibus inhabitant. Quare etsi non eædem existunt entes propter eam quæ secundùm dignitatem inhabitationem huic generi coordinatè, et debitum generi supplicium secundùm dignitatem hæreditant, multò utique magis easdem entes subduci vindictæ omninò necessarium; velut in fune larvâ et calceamentis et stolis amictas et putatas alias esse; non potentibus videre ipsas nudas. Etenim in vitis nostris, dramati quidem proportionalis tota generis periodus; factori autem dramatis hujus fatum, iis autem qui ad drama faciunt animæ, sæpe quidem aliæ et aliæ, sæpe autem eædem ad implentes fatalem hanc funem: sicut ibi iidem hypocritæ, id est qui sub larvis fiunt; quandoque quidem Piresii (*), quandoque autem OEdipodis dicentes verba Præmiat autem Providentia animas, et honorat propter alia , alias et deshonorat propter similitudinem vitæ, et ipsas propter ipsas in aliis vitis propter identitatem latentem, aspicientes infatatam præparationem permutatam entem. Sed hoc quidem nullus utique inconveniens existimabit easdem entes suî ipsarum gratias, et honorari et inhonorari appa-

(*) Fortè Tiresiæ.

rentes alias propter vitas, alias entes, alias verò propter alias puniri, videtur quidem esse mirabile. Est autem et hoc rationem habens propter, ut dictum est, vitæ suborientem similitudinem, Providentiâ, veluti plantæ quamdam radicem malignam excidente, quam illi præaspicere facilè. Etenim scorpionibus congeneratur aculeus, et viperis virus; et nos quidem percussi ab ipsis cognoscimus, quod virus et quis aculeus. Est autem in universo cognoscens hoc et ante percussionem. Eodem igitur modo et Providentia existentes nequitias animabus congeneas prioribus peccantibus aspiciens fert supplicium super ipsis: quamvis non egerint quæ illi naturam. Similem habentes præinterimens malitiam, sicut epilepsiâ suborientem. Ut enim excrescentiæ extremitatum, et nigredines et signa patrum in filiis aut genitis non apparentes repullularunt in horum natis; sic et morum proprietates erumpunt in plus distantibus quas aliis quidem ignotas esse, uni autem omnia cognoscenti et cognoscere dandum et præexistimare; palificare autem similitudinem per hoc, quod videtur illis extendere vindictas assequentes iis quæ ab illis peccata sunt. Hoc quidem igitur et per hæc sit palàm. Et nosci etiam à meipso in aliis elaboratum.

10. Finem autem dubiorum apponam, decimum et ipsum, ut aiunt, colophonem. Providentiâ enim, ut dictum est, uno hoc valde laudato, omnia et cognoscente et in bonum reducente, quomodò et angeli providere dicuntur et dæmones; si autem velis et heroes et animæ cum iis condispensantes cum Diis mundum. Oportet enim utique in iis nos Providentiæ speciem determinare, quæ sit, non adhuc secundùm unum et hos providere discentes quod utique Diis existentiam characterisare dicimus, si non dæmon et angelus et anima et heros, Deo idem. Omnis equidem Deus, ut dictum est à me, ut priùs secundùm τὸ unum habet esse Deus, quòd utique ante intellectum dicimus existere bono idem extans, et ex bono procedens. Duplicibus autem unitatibus entibus, sive etiam bonitatibus quas bonum illud produxit ens causa utrorumque, et altero modo unum. Et iis quidem ἀυτοτελέσι id est per se perfectis; iis autem dispersis in participantibus causis; tripliciter enim, et τὸ unum et τὸ bonum; aut secundùm causam, puta primùm. Etenim bonum illud et ex se ut causa bonorum omnium, et unitatum, aut secundùm existentiam, puta unusquisque Deus unum et bonum existens: aut secundùm participationem puta quod in substantiis unum

ut bonum, propter quæ et unita est omnis substantia, et boniformis est omnis Deus; et si unitas sit; sed αὐτοτλέσι id est per se perfectis unitas est non alterius ens, sed suî ipsius. Omnis autem intellectus, et anima omnis participans quodam uno : quòd enim unum est quo anima participat et quo participat intellectus, unialis est. Sic enim et quiquidem unus et omnino perfectus intellectus causa omnium intellectuum, qui autem ab ipso intellectus, ii quidem αὐτοτελεῖς, id est per se perfecti partialiter unusquisque ens; quæcumque quidem totaliter omninò perfectus intellectus : et hic quidem secundùm aliud aliquid τὸ partiale habens, hic autem secundùm aliud formatum et finiens : hic quidem in lunam; hic autem in solem; hic autem in aliam aliquam contentarum in omnimodè perfecto specierum; hic autem illustratio ab iis in animas intellectuatas, propter quas et eæ intellectuales secundùm participationem entes intellectiformes et sunt et dicuntur, et sursùm tendunt ad intellectum, quæ quidem animæ τὸ αὐτοκίνητον id est per se mobilitatem habentes communem omnium, quæ autem intellectu participantes intelligentes; et harum quidem existit secundùm participationem, ut dictum est, τὸ intellectuale. Si

igitur et animam videamus primam, et eas quæ ab hâc animas duplices, et eæ apparebunt, et eæ quidem substantiales et separabiles à corporibus, eæ autem in corporibus illustrationes ab iis quæ secundùm substantiam animabus. Etenim animatum secundùm participationem animarum quædam anima in ipso facta, quam vocet quis ἐντελεχείαν, cui amicum sit vocare animata vincula. Secundùm unamquamque igitur principalium ὑποστάσεων animam dico et intellectum et bonum numerus ex unâquâque. Sed iste duplex, hic quidem per se perfectarum existentiarum; hic autem illustrationum in ea quæ deinceps. Quare et si non Dii, neque unitates simpliciter, angelique et dæmones ante nos, et heroes et animæ cum iis nostræ participant, quæ quibusdam unitatibus, et sunt uniales; primæ quidem, qui à Diis ipsis dependent, secundariè autem qui per illos medios ipsis conjuncti : secundùm tertium autem, ut aiunt, ordinem, qui iis submissi, et extremè nos. Etenim in nobis injacet aliquod secretum unius vestigium, quod et eo qui in nobis intellectu est divinius, in quod et consummans anima et locans seipsam divina est, et vivit divinâ vitâ secundùm quod et huic licitum. Dii quidem itaque provident omnes;

etenim sunt quod sunt unitates, ut dictum est, omnes. Angeli autem et dæmones , et heroes secundùm quòd habent aliquod semen et ipsi unius, provident non secundùm quòd viventes, aut intelligentes sunt, sed horum quidem utrumque, aut moventes ipsos enunciat utriusque mobilia solùm, aut cognoscentes omnia solùm. Animæ enim movere; intellectûs autem cognoscere proprium, quæ et omnibus existunt animabus, et omnibus intellectibus; providere autem est ejus quod in ipsis unius. Secundùm quòd enim mirantur Deos , secundùm hoc ipsis provident omnibus. Si autem primè providens Deus, quia et primè bonum; animæ autem post hos, quandò secundùm unum illocantur, et divinè operantur, et provident cum Diis et cum melioribus nobis generibus inhabitudinaliter; quibus et illi, et ipsorum Providentia non in rationibus conjecturativis futurorum, sicut politicorum qui hìc; sed in uno animæ illustrationem sumens. Et per hæc circumlustrare uniali lumine Deorum vident ἀχρόνως id est intemporaliter quæ in tempore, et indivisibiliter divisa, et quæ in loco omnia sine loco, et sunt non suì ipsarum, sed illustrantium. Et animabus quidem hæc quandòque accidit passio. Angelus autem antè

ipsas, et aliis generibus semper adest; propter quòd et semper provident meliori modo, quàm secundùm ratiocinationem operantes; non consequentes iis quæ fiunt, sed omnia videntes secundùm τὸ unum in Diis, secundùm causam sive intelligant, sive intelligantur talis operationis submissionem non habentes. Ab animabus quidem igitur per semper providere differunt, ut diximus; ab ipsis autem Diis, quorum tunc ὀπαδοὶ, id est assequentes, per non secundùm totos seipsos providere, sed secundùm divinissimum suî ipsorum, et secundùm quòd conjuncti sunt cum Diis. Illorum quidem enim unusquisque unitas; horum autem unusquisque unialis: habens igitur aliquod et aliud præter unum, uno quidem imitatur eum qui antè se Deum, et à quo dependet; alio autem secundùm aliam operationem vivit; et est secundùm unum quidem existentia uniuscujusque; secundùm non unum autem τὸ ens quod in ipsis cujus existentia. Hoc autem cognito et alia quæcumque de Providentiâ dicta sunt, et iis adaptare liceat secundariè, excepto quòd et unitatem eæ quidem erunt et in iis totaliorem; eæ autem partialiorum habentes virtutem, sicut et divinorum. In omnibus autem primum, ut virtute omni, sic et Providen-

tiâ melius; si autem et providere illud dicere audeat quis, sed ut desiderabile omnibus, et cujus gratiâ omnia, et ut causa Providentiæ; propter bonum enim Providentia et Deorum est, et eorum quæ post Deos omnium, ut et res manifestant; et qui hæc explicuit Plato, ut diximus inchoantes hunc sermonem.

PROCLI

DE MALORUM SUBSISTENTIA,

LIBELLUS,

INTERPRETE

GUILELMO DE MORBEKA,

ARCHIEPISCOPO CORYNTHI.

ARGUMENTUM.

1. In primo capite hæc maximè persequitur Proclus, ex Platonis sententiâ : 1°, An sit malum? 2°, Si sit, utrùm in intellectualibus? 3°, Si in sensibilibus, nùm secundùm causam principalem? 4°, Si non sit secundùm causam principalem, an substantia aliqua ipsi danda, an penitùs ponendum ἀνούσιον et ἀνυπόστατον? 5°, Et si est hoc, quomodò subsistit, principio altero existente, et undè incipit, et usque quò procedit? et adhùc quomodò Providentiâ existente est malum et undè est? *Si non solùm instituit bonorum naturam Pater, sed et vult nihil esse usquàm malum, quâ μηχανῇ vel arte subsistit malum, quod conditor subsistere non voluit? Non enim alia quidem ipsum velle, facere autem alia licitum, sed velle et facere in divinis simul sunt et conjuncta. Quarè non solùm involitum Deo*

malum, sed et ἀνυπόστατον, non tantùm illo non faciente (nam hoc ne quidem fas cogitare) sed nec esse faciente.

Respondet Proclus malum physicum hoc est corruptivum cujusque substantiæ potentiæ, operationis, non esse malum, sed bonum, quià propter bonum, et quià ex corruptione generatio, quâ constat mundus, et universi ordo ornatur. Non dari autem malum ἄκρατον et αὐτόκακον, æternamve ideam et εἶδος mali, ac substantiam, sed morale etiam malum esse bono mixtum atque ut bonum, à Deo; ut malum ab aliâ causâ impotente; nihil enim esse malum hoc, nisi minorem majoremve declinationem, recessum, defectum, et privationem ab αὐταγάθῳ, et tantùm bono, velut tenebras à Sole. Esse debilitatem et absentiam potentiæ in operando, non potentiam : partialibus malum, Universo non malum.

2. Malum nec in Diis nec in triplici

ἡγεμονεία meliorum generum : hoc est, nec in angelis (*quomodo enim Deorum nuntios et elucidatores vocabimus, si malum qualitercumque in ipsis?* Qui imaginem illorum gerunt et in προθύροις versantes de bonitate ipsorum participant), nec in dæmonibus nec in hæroibus. *Aut præter naturam ipsius faciet Deus, mala generans, aut omne subsistens inde erit boniforme et ἔκγονον manentis in ipso bonitatis. Sed neque ignis, aiunt, infrigidare, neque boni malum à se ipso producere. Duorum igitur alterum, aut neque esse malum dicendum malum, si deitùs : aut esse et non deitùs esse.* Contrà eos qui in dæmonibus malum πρώτως esse docebant, ita disserit : *Sunt aliqui, qui et passiones dæmonibus tribuunt, alii secundùm naturam quandò mortes ipsorum et generationes alias et alias trogœdizant. Alii ex electione solùm, quandò nequam quosdam et malos nominant dæmones, quos et animas inquinare et ducere ad materiam, et eum qui sub terrâ locus, ab itinere in cœlum detra-*

hentes.—Hos rogare oportet, utrùm dæmones, quos malos esse dicitis, et sibi ipsis esse dicitis tales, aut non sibi sed aliis? Nam si sibi ipsis mali, duorum alterum: aut manent in malo, sempiterno tempore; aut transmutationis sunt susceptivi. Et siquidem semper mali, quomodò quod ex Diis subsistit semper malum? Melius enim non esse omninò, quàm semper malè esse. Si autem transmutantur, non sunt substantiâ mali, sed habitudine, in quibus melius et deterius et vitæ alia species. Dæmones autem semper omnes in dæmonum ratione, et in suo ordine singuli; si autem sibi ipsis quidem boni, aliis autem mali, quos ad deterius ducunt, simile ac si quis doctores vocaret nequam, et pedagogos quosdam, qui castigatores peccatorum ordinati non permittunt persequentibus fluctuosè meliorem ordinem pro conveniente ipsis. Aut si quis ipsos, ante sacra stantes et inquinatum detinentes extrà περιβολὴν, *id est cortinas, malos nominaret, quià participatione interiorum prohibent. Erat igitur malum non extrà manere dignis, sed esse talis ordinis et tali pro-*

hibitione dignum. Si igitur et ex dæmonibus in mundo alii sursùm ducunt animas, alii nondùm valentes ascendere custodiunt in suî ipsorum moribus, neutros utique meritò dicemus malos, neque illos separantes, neque hos detinentes. Oportebat enim esse et hos qui inquinatum et progressu in cœlum indignum, in eo qui circà terram loco coercentes habent. Non ergò malum neque in iis ratio adinvenire videtur; secundùm enim ipsorum naturam singuli faciunt quæ faciunt, et semper eodem modo, hoc autem non malum.

3. In animabus malum debilitas non semper et unicè adhærendi melioribus, vero et bono : descensus indè ad deteriora et oblivio, atque in corpore versantibus inclinatio κακεργέτις, et à ratione dissidium. Sunt quibus τὸ πρώτως κακὸν et αὔτοκακον materia : et animabus debilitas per casum in materiam. Sed negat hoc Proclus, et esse etiam ex Deo corpus et materiam, ambo Dei γεννήματα profitetur ;

materiam τὸ πρῶτον ἀόριστον, substantialemque infinitatem perinde ut corpus mixtum à Deo, unâ causâ dependere : Animas verò peccasse, antequàm in materiam detruderentur. Non esse duo principia : Materiam nec bonum esse nec malum, sed necessarium et ab αὐταγαθῳ imo gradu distans.

4. Bonorum causa una, æterna, determinata, universalis, factiva Deus : malorum causæ multiplices et infinitæ aliæ animabus, aliæ corporibus, fluctuosæ, indeterminatæ, inordinatæ et singulares, naturam animarum et corporum ex necessitate circùm ambientes ex impotentiâ incommensuratione ἀσκόπῳ, inharmonizatione et debilitate, deteriorisque victoriâ. Bona habent ὑπόστασιν, mala παρ' ὑπόστασιν. Bonum species, malum sine specie ac velut privatio.

5. Malum habet agere et posse à contra-

rio bono, quòd debile et inefficax propter mixturam mali fit, et malum efficaciam et operationem transsortitur propter boni præsentiam, in uno enim ambo. Sic in corporibus quod præter naturam est, debilitat id quod secundùm naturam, latitante naturâ ad operandum, et ordine (in quo bonum) soluto. Sic in animabus malum quandò vincit bonum, utitur illius potentiâ ad suum, scilicet eâque rationis, et inventionibus ad concupiscentias; et tradunt invicem ex suî ipsorum naturâ, hoc quidem de potentiâ, hoc autem de debilitate: Quoniam secundùm se, malum neque agere natum est neque posse: omnis enim potentia bonum, et omnis operatio extensio potentiæ est. Quod et Plato sciens, injustitiam ipsam secundùm se et debilem et inactivam esse ait; justitiæ autem præsentiâ et potentiam habere et ad agere duci non manentem in suî ipsius naturâ: neque in ἀζωίᾳ privatio solùm, quoniam et præ-

jacens ipsum vitale ens, dat et malo vitæ participationem. Vita autem omnis potentia secundùm se : in potentiâ autem alienâ factum malum contrarium est bono, suî ipsius potentiâ ad adversari utens : et magis quidem potentiâ inexistente majores operationes et opera mali, minùs autem, minores. Jam et in corporibus naturæ potentiis simul et quæ in ipsis desinit præter naturam operatio, et hæc eò quòd præter naturam, tunc magis existente soluto omniquaque ordine. Quare et in animabus majora quidem à minori malitiâ, minora autem à majori operâ : solificata enim à contrario, secundùm turpe quidem ipsius et informe augetur, secundùm virtutem autem et operationem minorata, debilis simul et inefficax est. Non enim ab ipsâ potentiâ, ut utique et augmentatâ etiam potentiâ ad majus transitio esset : sed ex præsentiâ contrarii, puta si et caliditatis potentiâ utatur ad suî ipsius opus frigiditas

vincens et subjacens illius potentiam. Deficiente igitur contrariâ naturâ et eò quòd magis defectu ad privationem habet τὸ magis, ea autem quæ virtutis submissione ad facere est debilior, malum quidem est magis, agit autem minùs.

6. Et quomodò potentia esset ens malum, si omnis potentiæ opus salvare ipsam in quo est, malum autem dissipat unumquodque cujus est malum. Est ergò malum inefficax et impotens secundùm se, si autem, et involuntarium est, ut ait ille, et involitum erit utique : et sic primissimæ trinitatis boni privatio, voluntatis potentiæ operationis. Bonum quidem enim et volitum est, et potens et efficax secundùm ipsius naturam : malum autem involitum et debile et inefficax. Neque enim volitum ulli quod ejus corruptivum, neque potentiæ quod potest ipsa corrumpere, neque operationis τὸ non secundùm potentiam habere ὑπόστασιν ipsius. Sed sicut mala appetunt ut

apparentia ipsis bona, et est malum iis apparens, volitum propter mixturam boni tale dicimus: sic utique et potentia in malo et factio est apparenter, quià non secundùm se neque quà malum, sed extrinsecùs, cui et παρυφέστηκε, id est, juxtà extitit, et ad quod dicitur malum. Hoc ergò et mihi videtur et qui in Theæteto Socrates ostendens potentibus aliqualiter assequi ipsa, neque privationem neque contrarium bono malum dicere, neque enim privatio facere aliquid potens, aut totaliter potens; neque contrarium quod secundùm se, neque potentiam neque operationem habet: sed sic aliqualiter sub contrarium ipsum nominare, quod secundùm se quidem est privatio, quià autem non omninò perfecta est privatio, sed similiter cum habitu transsumens de potentià, inde et de operari in contrariationis partem constituitur, et neque privatio est perfecta, neque contrarium, sed sub contrarium bono.

7. Tria hæc quæ debilitari possunt, et in quibus est malum, anima particularis, animæ idolum (in animalibus) et corpus. Corpori *præter naturam esse* : animæ idolo, *præter rationem esse* : animæ, *præter intellectum esse*. Secundùm rationem vitæ defectus, *ægritudo* : at ignorantia et intellectûs privatio, turpitudo, sive circà διανοίαν, sive circà opinionem, hoc est jam scientiæ, jam artis inopia. Turpe autem et ægritudo aliter quidem in cognitionibus, aliter autem in impetibus. Et enim appetitus non secundùm rationem, et sensuum autem multi et phantasiæ præcipites, quibus quidem vita in actione appetitibus contrariantibus : quibus autem in speculationibus phantasiâ præter incidente et parum ipsarum et immateriale auferente. Indè phantasiæ inconvenientes aut consensus mali et electiones turpes, aut extrà et in actionibus variis, aut secundùm

iram, aut secundùm concupiscentiam factis. Et τὸ præter naturam duplex : est enim *turpitudo* quæ in corpore præter naturam, speciei enim, ut in monstris, est hoc debilitas et defectus. Et ægritudo ejus, eo qui in ipso ordine et commensuratione solutâ, ut in corruptione, morbo, dolore.

8. Multis malum meditatum quidem et intrà animam manens occultatur et bonificatur ut turpe et inconveniens. Actum autem quale est, evidens fit : manifestatur autem pœnitentiâ et animæ conscientiâ, velut ipsâ exprobrante sibi actum. Quoniam et medicorum artes ulcerum aperturis ad evidens ducentes passionem et intùs occultatam causam facientem ægritudinem, imaginem exhibent Providentiæ operum, et factionibus turpibus et passionibus admittentis, ut utique immutata ab eo qui in ipsis conceptu et sub causato et inflato malis habitu principium periodi et

vitæ sumant melioris. Quæcumque autem intùs sunt passiones ipsius, ipsum malignantis bonum habent, secundùm quòd semper ad proprium ducunt animam, cujus electiones in ipsis habent δίκην, ità quæ in animabus lex ducit unamquamque ad suum, et eam quæ ex Providentiâ dignitatem.

9. Non potest esse malum, si non contrarium cogitetur malum, quoniam boni gratiâ omnia et ipsum malum; sed omnia gratiâ boni. Deus incausativus ἀναίτιος malorum, nusquam enim malum, quà malum, inde, sed ex aliis causis et quibus generare non secundùm potentiam, sed propter debilitatem existere dictum est. Propter quod mihi videtur Plato circà regem omnium omnia ponens et illius gratiâ omnia, et quæcumque non bona, phantasiata enim ut bona, et hæc entium sunt similiter bonorum, omnium causam illud

appellare et non semel omnium, (neque enim malorum , sed et horum incausativum) , et omnis entis causam , etenim horum tanquàm entium , et quâ bonum unumquodque. Si itaque hæc rectè dicimus, et omnia utique ex Providentiâ erunt, et malum habebit locum in entibus. Quare et faciunt Dii malum sed tanquàm bonum; et cognoscunt ut omnium unialem habentes cognitionem, impartibiliter quidem partibilium, boniformiter autem malorum, unialiter autem multitudinis. Alia enim animæ cognitio, et alia intellectualis naturæ, alia Deorum ipsorum : hic quidem *αὐτοκίνητος*, sive ex se mobilis, hic autem æternalis cognitio, hic autem indivisibilis et unialis ipso uno omnia et cognoscens et producens.

PROCLI

DE MALORUM SUBSISTENTIA.

Mali naturam, quæ sit et undè habet generationem, quæsiverunt quidem et eorum qui antè hos aliqui, non superfluè, neque aliorum gratiâ eam quæ de hoc theoriam transeuntes; sed ipsum secundùm se malum sive est, sive non; et si est, qualiter est; et undè in esse et hypostasim venit, hæc considerantes. Nihil autem deterius etiàm nos aliterque et vacationem habentes scribere breviter quæ horum singuli dicunt rectè, et antè hos quæ divino Platoni de malorum essentiâ speculata sunt. Nam illorum dicta intelligentes faciliùs et comprehensioni quæsitorum propinquiùs semper erimus, Platonis invenientes intelligentiam, et velut lumen accendentes nobis iis quæ indè quæstionibus.

1°. Sive igitur est, sive non malum primò considerandum. Et, si est; utrùm in intellectualibus est aut non? et, si in sensibilibus, utrùm secundùm causam principalem consistit, aut non? Et si non; utrùm substantiam aliqualiter ipsi dandum, aut penitùs

insubstantiale ipsius esse ponendum? et, si est hoc; quomodò subsistit, principio altero ente? et undè incipit, et usque quò procedit? et adhuc quomodò Providentiâ ente, est malum, et undè est? et totaliter quæcunque de ipso quærere in commentis consuevimus. Super omnia autem et præ omnibus Platonis de ipso doctrinam sumendum, aut nihil reputabimur tractasse nobis ab illius theoriâ decidentibus.

Principium igitur de ipsis speculationis secundùm naturam sit: utrum entium est malum aut non. Etenim qualiter esse hoc possibile quod omninò est expers principii entium? neque enim lumine tenebras, neque virtute malitiam participare possibile, neque bono malum. Sicut igitur si lumen esset prima causa, non utique esset in secundis tenebra, ut non generationem à fortunâ et aliundè quàm à principio: sic quoniam bonum causa omnium, nusquàm entium oportet malum esse. Sive enim à bono etiàm hoc, quomodo adhùc bonorum omnium illud et ἀγαθῶν causa quod mali produxit naturam? Sive non indè; non erat ergò omnium bonum, neque principium omnium entium; si quidem malum in entibus ordinatum diffugit eum qui ex illo progressum. Totaliter autem, si omne qualitercunque subsistens

ex ente subsistit; quod autem ente participat necesse et uno participare. Simul enim ensque et unum; antè ens enim unum. Fas autem neque erat, neque erit sæculis aliter quàm cum suprà positis facere quæ faciunt: intellectum quidem cum vitâ, vitam autem cum ente; omnia autem cum uno. Oportet utique et malum rursùm duorum alterum pati; aut neque ente participare penitùs, aut et qualitercunque ex ente genitum, simul et eâ quæ ultrà, participare causâ, et rursùm quæ iis consequentia; et velut deinceps aut non esse principium; aut neque esse malum; aut neque factum esse malum; quod enim expers entis, non ens; et quod ex primâ causâ, non malum. Utroque autem modo nusquàm dicere malum necessarium. Si autem sicut diximus bonum suprà ens et fontem entium, quià omnia qualitercunque entia et genita secundùm naturam bonum appetunt; quomodò est malum unum aliquod entium? sed erit à tali appetitu exclusum. Multò ergò opus est malum esse; quià bono aliquod omninò subcontrarium esse necesse. Subcontrarium enim omninò quomodò utique expetet contrariam naturam? bonum autem non appetens esse aliquid entium im-

possibile. Omnia autem entia et facta sunt, et sunt propter desiderium istud, et salvantur secundùm hoc. Quare si malum contrarium bono, malum non est æternum. Et quid oportet dicere multa? Si enim ultrà τὸ esse τὸ unum, et quam dicimus boni naturam, ultrà ipsum esse malum. Dico autem non esse τὸ simpliciter; etenim simpliciter ente bonum melius. Duorum igitur alterum, si non ens est, nullatenùs ens multò magis neque malum est, quod et nullatenùs ente ἀμενηνότερον id est immansivius, ut pronunciavit sermo: multùm enim à bono distat malum quàm non ens. Significant autem qui τὸ non esse antè malè esse ponunt, quod autem ab illo remotius ἀνούσιον id est sine essentiâ magis propinquiori. Ipsum ergò τὸ nullatenùs ens est magis quàm dictum malum. Multò igitur magis omniquaque non ente, non est τὸ malum. Si autem et ut Platonis sermo non solum instituit bonorum naturam hujusmodi pater; sed et vult nihil esse nusquàm malum quæ est ars (*) subsistere malum involitum conditori ad hypostasin? non enim alia quidem ipsum velle; facere autem alia; licitum,

(*) Μηχανή.

sed voluntas simul et factio erat in divinis substantiis. Quare non solùm involitum ipsi malum, sed et *ἀνυπόστατον*; non tanquàm utique illo non faciente (hoc autem neque intelligere fas) sed tanquàm neque esse faciente. Etenim voluntas erat, non ut fieret ab ipso malum, sed ut totaliter non esset. Quid igitur adhùc quod faciet esse, adducente ipsum ad non esse hypostato penitùs et patre ente? quid enim contrarium ipsi et undè? neque enim ex ipso τὸ maleficium (non enim fas ipsi) et, si aliundè, inconveniens. Omnia enim à patre quæ in mundo: hoc quidem ex se, ut dictum est; hoc autem velut operantibus aliis.

Quæ quidem malum exterminans ab esse ratio talis utique quædam erit; et talia utique nobis proferat probabiliter dicens. Qui autem contrariam huic vocem emittens, exiget primùm nos aspicere ad rerum hypostasim; et ad hanc respicientes sive malum et sive non enunciantes dicere intemperantiam ipsam et injustitiam, et quæcumque alia animæ malitias consuevimus appellare, ponentes sique bonum unamquamque harum tolerabimus dicere, sique malum. Si enim harum unamquamque bonum ponemus, duorum alterum utique dicere neces-



sarium, aut non esse virtutem contrariam malitiæ, toti totam, et eas quæ in parte proportionaliter; aut bono oppugnans non semper esse malum. Et quidem quid horum utroque fiet utique inopinabilius, aut ad rerum naturam minùs congruum? malitiæ enim contra pugnant virtutes, et qualiter contrà pugnant palàm et ex aliâ humanâ vitâ, secundùm quàm injusti quidem justis, intemperati autem temperatis contrariantur; et ex eâ quæ in ipsis, si velis, animabus dissentione, velut quandò incontinentibus ducit quidem ratio aliò, cogat autem passio: contrariantibus autem ambobus, vincitur quidem melius à deterioribus. Quid enim aliud est in ipsis, quàm sobrium animæ dissidere ad intemperatum morem? quod autem in contrariantibus ad iram, non alterum aliquid tale. Quid autem in aliis malis, in quibus dissidentem sentimus animam? totaliter enim apparentes malorum ad bona contrarietates multo priùs in ipsis sunt occultæ animabus et ultimâ in disciplinâ: et ægritudo hoc animæ, quandò quod in nobis melius, et quæ in ipso rationes bonæ inexistentes à terrenis vincuntur et vilibus passionibus. Hoc igitur quidem non et valdè stultum sit per plura rememorari. Si autem contrariæ quidem, sicut diximus,

malitiæ virtutibus, bono autem contrarium omninò malum; non enim nata est boni natura ipsa ad seipsam dissidere, sed veluti ἐκγονος id est genitura ens unius causæ et unitatis unius, similitudine et unione et amicitiâ tenetur ad ipsam. Et majora quidem bonorum salvativa minorum sunt; minora autem ornantur à perfectioribus. Necesse malitias omninò non solum ratione esse malitias, sed enter malum unamquamque et non minùs bonum. Nusquàm enim contrarium majori bono τὸ minus, sicut neque majori calido minùs calidum, neque magis frigido quod minùs. Si autem animæ malitiæ naturæ mali confiteantur, ostensum utique erit malum in entia facere, et non hoc solùm; sed et quià malum corruptivum est uniuscujusque. Hoc enim esse malum et qui in Politiâ Socrates demonstravit, dicens congruè, quoniàm et bonum est uniuscujusque quod uniuscujusque salvativum: propter quod et appetitus boni omnibus. Nam esse et salvari omnibus indè, sicut rursùm τὸ non esse et corrumpi propter naturam mali. Necesse igitur nihil esse nullius corruptivum. Sed sic generatio considens stabit. Corruptivis enim non entibus neque corruptionem esse possibile; corruptione autem non ente, neque generationem: quo-

niam omnis generatio per alterius fit corruptionem. Et generatione non ente imperfectus erit simul omnis mundus; mortalia enim in ipso genera animalium non habebit. Oportet autem si debeat perfectus, sufficienter esse ait Timæus. Si ergò oportet mundum felicem Deum esse, oportet similitudinem eam quæ ad omne perfectum animal, ipsum perfectè salvare; si hoc oportet, et mortalia genera complere τὸ omne; si hoc oportet, et generationem esse et corruptionem; si autem hoc quidem aliorum, alia autem aliorum. Neque enim generatio neque corruptio omnibus ex iisdem. Corruptivis autem entibus quæ generationibus sortientibus, ingenita corrumpunt illorum virtutem, et τὸ malum esse. Hoc enim erat malum corruptivum uniuscujusque genitorum in quo primum est secundùm se. Etenim animæ quidem alia corruptiva; corporis autem alia; et quod corrumpitur aliud; et non idem modus corruptionis; sed hujus quidem substantialis; hujus autem vitalis, et hujus quidem substantiâ ut esse et corruptionem ducente; hujus autem vitâ ab ente fugiente et totaliter ad aliud non ens. Eadem ergò ratio omnem mundum perfectum nobis salvabit, et malum in entibus ponet. Quare non solùm erit malum propter bonum, sed et bonum

ipsi esse. Hoc itaque inopinabilissimum, quod et iterùm erit notius.

Si autem oportet non dictis solùm acquiescere rationibus, sed et secundùm alteram viam prosequi quod quæritur; age itaque et hunc ipsum modum explicemus. Omne bonum quod suscipit ejus quod magis et minus differentiam, secundùm τὸ magis quidem perfectius est et propinquius suî ipsius fontem constituitur. Secundùm rursùs τὸ minus debilitatumque et imperfectius factum propter defectum distat ad inferius suæ unitatis. Quoniam et æquale similiter quod quidem maximè ipsi cognatissimum utique erit et velut consequenter; quod autem magis secundum habet post hoc ordinem; quod autem minus ultimum. Et calidum etiam et frigidum et pulchrum et magnum et parvum secundùm eamdem rationem. Ergòne injustitiam ipsam et intemperantiam non et magis et minus dicemus; aut æquali modo intemperati et injusti omnes? nullatenus dicemus. Quid autem non ejus quæ magis et minùs, quantò minus est injustitia, tantò à boni naturâ minùs distat? Quæ autem rursùm magis quantò majori modo habet injustitiæ passionem, tantò est expers boni majori modo? necesse utique concedere. Sed bonum omne quodque minus

et quod majus augmentatum propinquius primo bonorum dicebamus fieri, et quod perfectè bonum idem maximè bono. Sed injustitiæ excrementum boni penitus defectus erat. Non ergò bonum adhùc injustitiam congruit vocare, neque majus neque minus, sed omninò malum. Quod quidem enim minus bonum, crescens fit majori modo bonum. Etenim minùs calidum et minùs frigidum, magis utrumque : injustum autem crescens non fit majus bonum. Contrariè igitur habens ad bonum, quomodò non utique erit malorum? hæc quidem itaque et ratio ista dicet et confidet de hypostasi malorum, simul etiam et Platonis litteram in medium producens ut etiam et sic alteram adjuvet per quam ille non enunciativè solum, sed et demonstrativè malorum naturam in entia inducere videtur. Qui igitur in Theœteto Socrates et valdè protendit : neque utique perire mala, neque iterùm superfluam esse et velut casualem existentiam ipsorum, nam necessarium esse, et bonum esse. Malum autem esse ait necessarium; bonum ergò esse malum. Si autem bonum esse malum, est utique malum, ut illius sermo : non in non utique perire perfectum solùm; et sic quidem enim scilicet et in habere principium secundùm bonum scilicet in esse transitum.

Quam igitur causam dicemus ejus quòd malum necessarium sit, eam quæ ad bonum contrariationem, ut Socrates nobis inducit. Sunt enim, et in aliis diximus, et species omnes et quod ultrà species, neque post se ipsas contingenter ipsis participantem generare natæ sunt substantiam; neque usque ad intransmutabiliter ipsis et eodem modo semper potentibus frui, determinant suî ipsarum operationem, sed propter abundantiam virtutis et excellentiam bonitatis, producunt quidem et proximè ipsis participantes ordines, qui ab ipsis observant μονοειδῶς non mixti ad privationes existentes; producunt autem et ultimas hypostases suarum operationum, in quibus quæ ex causis non adhuc permanere immaculata et intransmutabilia nata sunt. Neque enim quæ quandòque quidem ipsis participant, quandòque autem interrupta ab eâ quæ indè illustratione et virtute oportebat fieri solùm. Non enim utique hæc participarent illis quæ sunt, inseparata à totis et exempta ab omnibus iis quæ in aliis subsistunt et participata solùm. Neque oportebat solùm fieri vel esse ea quæ semper obtenta illarum impressionibus subsistere, non et ultimis productis quibus τὸ quandòque participare illis dilecta. Essent

enim utique omnia bona entium ultima, et quæ æternaliter entia materiæ ordinem habentia. Sterilia itaque et debilia et omnia simpliciter quæcunque generabilibus et corruptibilibus inferre consuevimus, illa antè hæc utique essent, veluti iis non entibus. Si igitur et hæc necessariæ sunt autem quæ eam quæ omnis potentiæ et omnis bonitatis primarum causarum operationem. Neque utique bonum semper eodem modo in omnibus erit entibus : neque etiam mali generatio expelletur ab entibus. Si enim est quandòque bono participare potens, quandòque autem iterùm illius coexistentiam negligens; privatio quidem ex necessitate erit transumptionis, boni privatio autem ipsa secundùm se ipsam non potens esse, neque absoluta omninò à naturâ cujus est privatio modo quodam potens facta ab ipsâ propter complicationem ad ipsam in eum qui contrariorum ad bonum constituitur ordinem. Aliæ quidem enim privationes absentiæ solùm sunt habituum, nihil à suis ad esse assumentes : bonum autem ergò propter potentiæ excellentiam potentificat, et suî ipsius privationem. Sicut enim in omnibus entibus bonum ingenuit primam virtutem : sic utique et in unoquoque entium, quod ubique om-

nimodè bonum generat suî ipsius potentiam. Sic autem, sicut diximus, quæ boni complicata privatio et τὸ impermanens suî ipsius illius usa potentiâ, fit quidem contraria bono roborata eâ quæ ad ipsum mixturâ, et potentia ad oppugnandum ad id quod propè sumens : sustinet autem non idem cum aliis privationibus passio. Hæ quidem enim abscedentis omninò habitus sunt, ea autem abscedente bono penitùs non est. Non enim est sic mala species vitæ ut omniquaque rationis potentiam extinxerit. Manet equidem ratio intùs, debile quidem loquens, attamen et hæc, omnimodis ipsam circùmstantibus passionibus. Et σύνεσις id est intelligentia, non relinquit eam quæ sursùm animam, neque umbra corporis aut ægritudo in privatis omninò contrario habitu. Ordine enim non ente, neque corpus salvari possibile. Defectus autem ordinis ægritudo non omnis. Manifestant autem periodi naturæ numeris mensurantes undique quod inordinatum. Hæc quidem igitur iterùm.

Si autem, sicut diximus, non prædictas rationes solùm, sed et ex Platonis narratione explicare convenit eam quæ de existentiâ malorum doctrinam, sufficiunt dicta, etiam mediocriter ipsa assequi potentibus. Oportet autem sicut in judicatorio, non contra dicentes invicem au-

dire solùm, sed jàm aliquam et ipsos sententiam proferre. Sit igitur hæc apud nos si velis sententia : Malum esse duplex, ut ità dicam ; primò hoc quidem ἄκρατον et non mixtum malum cum bono solùm, hoc autem non ἄκρατον neque non mixtum ad boni naturam. Quoniam et bonum, aliud quidem quod primè bonum et velut αὐτὸ id est ipsum, et nihil aliud quàm bonum, neque intellectus neque intelligentia neque enter ens : hoc autem mixtum aliis ; et alicubi quidem non mixtim ad privationem ; alicubi autem jam cum tali mixturâ. Quod enim quandòque participat primè bono, insinuat complicationem non boni, quoniam et ens ipsum et entis natura sursùm quidem exter ens et ens est solùm ; in ultimis autem entium commixtum est aliqualiter non enti. Nam hoc quidem ens, hoc autem non ens ; et quandòque quidem ens, infinities autem non ens ; et hoc quidem ens, alia autem omnia non ens. Quid utique dicet quis esse magis quàm non esse omninò non ente repletum ? Et τὸ non ens ipsum, quod quidem nullatenùs ens aliud et ultrà ultimam naturam quæ secundùm accidens est : neque secundùm se, neque secundùm accidens esse potens. Non enim sic quidem est, sic autem non est, quod nullatenus ens. Quod autem

simul cum ente non ens, sive privationem entis, sive alteritatem vocare ipsum fas, aliud et hoc quidem omniquàque non ens. Hoc autem sursùm quidem non in minus ente est, ut ait Eleates Xenus. In iis autem quæ quandòque quidem entia, quandòque quidem non entia; debilius quidem ente; per esse autem et ipsum modo quodam obtentum. Sicut igitur si τὸ non ens quæreret quis utrum est, aut non est, quodquidem omniquaque non ens, nullatenus esse participans diceremus nullatenus ens. Hoc autem modo quodam. Non ens in entibus connumerare concederemus hæc amanti. Secundùm eadem utique et malum; quoniam et hoc duplex, hoc quidem solùmmodò malum, hoc autem non permixtum ad bonum; hoc quidem videlicet nullatenus entis ultrà ponemus, quantò bonum entis ultrà; hoc autem in entibus ordinabimus. Neque ergò abesse propter boni μεσίτειαν id est mediationem, neque à bono propter esse potens adhuc manere desertum. Simul enim ens est et bonum et quod quidem omniquaque malum primi bonorum decidentiâ ens, et velut ex isto merito et ente privatum est. Quid enim utique in entia progressum habebit bono participare non potens? Quod autem non omniquàque malum sub-

contrarium quidem est bono cuidam et non omni : ordinatur autem et bonificatur propter eam quæ totorum bonorum excellentiam ; et iis quidem est malum quibus contrariatur, ab iis autem tanquam bonum dependet. Contrariari enim illis non fas; sed sequi omnia secundùm δίκην aut neque esse penitus.

Rectè ergò Plato in Timœo quidem secundùm conditivam voluntatem bona quidem omnia; pravum autem nihil esse, ait In sermonibus autem ad geometriam, neque utique perdi mala, et ex necessitate in entibus facta esse prætendit. Nam omnia bonificantur voluntate patris; et nihil ad illius condituram malum, neque entium neque fientium. Et non diffugit malum esse partialiter quorum bonum perimit naturam per gradus distinguens : quoniam et tenebra, quæ quidem permixta omninò ad contrarium, et luminis expers non est; quæ autem in lumine facta et terminata ipso undique entium est. Et sole quidem tenebrosum nihil; dat enim et tenebræ claritatem debilem : aere autem tenebra est privatio ejus, quod in ipso luminis. Omnia igitur bona omnium patre. Et est malum in non omninò secundùm bonum stare potentibus. Propter quod autem et hoc necessarium esse diximus prius. Qualiter quidem igitur est,

et qualiter non est malum, ex iis palàm. Omnes enim dicunt sic quidem rectè, sic autem non rectè, quique omnia bona dicunt, quique non. Etenim quòd omnia entia sunt, verum. Sed et non ens est enti complexum. Omnia igitur bona per nullum scire malum inornatum et impermixtum : et malum est, quibus et est malum : est autem quorum natura in bono manere impermixtim non est nata.

2. In quibus autem entium malum, et qualiter subsistit, et undè consequens, utique erit post hæc speculari : propterea quòd entium nobis apparuit et hujus natura. Superius igitur inchoandum et speculandum, ut poterimus, ubi malum.

Dii enim et deorum regna et numeri et ordines primam entis partem obtinent, magis autem entia omnia et intellectualem substantiam super quam insidentes omnia generant, omnibus principantur, ad omnia procedunt omnibus præsentes impermixtim, et omnia ornantes exaltatim, neque ipsorum intelligentia hebetata Providentiis, neque (*) Patronomica superstantia lavata puritate intelligentiæ. Nam intelligere ipsorum cum esse idem, et providere propter bonitatem ipsis adest et propter geminam virtutem in se ipsâ manere non va-

(*) Πατρονομικὴ superstans. vid. annot.

lentem, sed veluti parientem quæ utique et parere ipsis fas, scilicet entia omnia, et quæcunque meliora animabus genera, et animas ipsas; sed si quid etiam horum ad esse demissius. Ipsi quidem enim Dii et entium omnium sunt ultrà et mensuræ entis, quoniam et ens omne in ipsis, ut in monadibus numerus; procedunt autem ab illis entia; hæc quidem in ipsis manentia, hæc autem secundùm πολλοστὴν naturam, à Deorum unitate secundùm submissionis rationem deficientia: et hæc quidem in ordine participantium sunt locata, à bonitate entis Deorum dependentia. Ii autem secundùm bonum ipsum et metrum totorum substantiati et nihil aliud entes quàm entium unitates et metri et bonitates, et summitates si velis, et velut flores et super substantialia lumina et omne quod tale; participabiles quidem sunt secundùm entis ens et primam substantiam; omnia autem bona et pulchra mediaque et qualitercunque entia producunt à se ipsis. Sicut igitur si quis nos interrogaret de hoc lumine quod per totum mundum ipsius visibilis rex et proportionaliter bono ordinatus spargit Deus, si est ipsum secundùm se susceptivum tenebrarum, sive etiàm non; multipliciter utique ipsum ad recusationem talium om-

nium circumduceremus; quandòque quidem simplicitatem naturæ; quandòque autem eam quæ ad genera continuitatem; quandòque autem aliud aliquid causantes eodem modo et de Diis dicentes; forsitan quidem neque oportebat quærere in divinis moribus manentes. Dicentes attamen et simpliciorum gratiâ multa quidem ex Poëticâ; multa autem ex aliis συνουσιῶν, id est conventibus quæ juvenum sustinentium animas imbuunt. Dicentes igitur quod dictum est, malum quomodo non est in ipsis. Præmemorandum quidem et quòd omnia ornant Dii et quòd nullo indigent et quòd est in omni beatitudine et vita ipsorum in affluentiâ vivere, quæ utique de Diis in intelligentiis indeflexis habemus, indè sumentes et quid oportet de Diis dicere. Sed et animæ (*) ephimeræ intellectum assumentes et suî ipsarum alatum inflantes, et Diis assimilatæ manent in bono: malum autem nullum ipsis neque est, neque fiet unquàm. Et εὐφροσύνη omnis et innocua vita et chorus virtutum, quæ utique talem animam ducunt ad superiorem locum ad epulationemque et fruitionem, et longè ab iis quæ hìc malis, non ut vincant etiam hæc; sed ut cum Diis ipsa ornantes secundùm δίκην ipsæ maneant in

(*) Εφημέριαι.

Diis; repletæ autem eâ quæ ibi speculatione et horum alimenti sumentes principium quidem injuriationis et deliciarum hìc et audaciæ; nondùm autem quod omninò malum. Si igitur et animabus divinis entibus malum non est, quomodo erit in ipsis Diis? neque enim saxo caliditas, aiunt, neque igni frigiditas inest: neque igitur in Diis malum; neque in malis quod ἔνθεον id est divinum.

Dicendum quidem igitur et hæc indicentibus iis; submemorandum autem et quod Diis τὸ esse Deos secundùm bonum est. Sicut enim animæ ab animâ τῇ totâ, et ab intellectu omninò perfecto partiales intellectus; sic utique et ex primè bono, magis autem si fas dicere, ex bonitate ipsâ, et ex bonorum omnium unitate primissimus bonorum numerus, quibus non aliud esse et existentia præter unum et bonum. Neque enim rursùm partialibus intellectibus præter intelligere, neque animabus præter vivere. Si enim omnibus præcedentibus ex suî ipsorum principio per similitudinem est et continuus processus, ex primâ unitate procedentia, primæ unitates et ex uno bono bonorum multitudo. Quibus igitur esse secundùm bonum quî ad hæc τὸ malum et mali natura? non enim fas ipsi; bonum quidem enim mensura et lumen;

malum autem tenebra et immensuratio : et hoc quidem illocabile est et debile; hoc autem omnis locationis et omnis potentiæ causa; et hoc quidem salvativum omnium; hoc autem unumquodque in corruptionem ducens, quibuscunque adest secundùm uniuscujusque ordinem. Non enim idem in omnibus coronis modus, ut dictum est. Utrùm igitur Deos bonos esse falsum esse dicimus, aut bonos entes transmutari; quod utique partiales animas pati dicimus alias, alias vitæ species proferentes? Sed sic utique dicemus quòd neque toleralibe dicere et ipsam deorum existentiam. Neque enim bonum non bono congeneum : quod autem tale, non Deus : neque transmutans, simile uni et meliori omnis operationis. Nam quod similitudinis secundùm unum et æternitaliter ens ex eo quod antè æternum et quod eodem modo in operari locatum, ex meliori quàm proprietas operandi primæ subsistit. Non ergò in Diis malum neque simpliciter, neque secundùm tempus. Totaliter enim et æternum et tempus post Deos : substantiæ enim hæc et circà substantiam : ii autem antè substantiam : et ens ipsorum enim sunt entia, et non ipsi. Et hic quidem est unusquisque bonus; hoc autem dependet ab ipso τὸ enter ens.

Rursùm itaque post Deos, si vis, Angelorum

ordinem considerandum : si et hunc adhuc omninò bonum dicendum, aut malum in hoc primè, et quomodò utique adhuc Deorum ipsos nuncios vocabimus, si malum qualitercunque in ipsis ? Malum quidem enim omne longè est à Diis et alienum, et velut tenebra ad id quod ibi lumen, et non suî ipsius solum in ignorantiâ quod tale : sed et aliorum omnium, et maximè quæcunque bona : fugiet enim utique seipsum et perdet non potens seipsum nosse, aut boni naturam. Genus autem interpretativum Deorum continuum est Diis et intellectum novit Deorum, et elucidat divinam voluntatem ; et est utique etiam ipsum divinum lumen ex lumine in abditis ente, quod extrà et apparens et nihil aliud quàm bonum progressum et ex intùs manentibus in uno primè elucescens. Oportet enim utique processum totorum continuum facere; consequenter autem aliud alii secundùm naturam propter simile. Fonti quidem igitur bonorum consequenter multa bona, et numerus unitatum secretus manens in indicibili fontis. Huic autem primus procedentium et procedentium numerus continuus, velut in προθύροις id est proforiis Deorum ordinatus, et pronuncians illorum silentium. Quibus igitur esse hoc est bonum elucidare,

quomodò in iis malum? Ubi enim malum, indè bonum abest : sed non elucidatur; occultatur autem magis præsentiâ contrariæ naturæ. Uniale autem, quod unius enunciativum, et totaliter enuncians quodcunque in secundo ordine; hoc est quod nunciatum erat antè eam quæ in alia operationem. Undè utique Angeli φῦλον id est tribus assimilatur differenter Diis à quibus dependet, ut per expressam similitudinem elucidare ipsius proprietatem possit iis quæ post ipsum. Si autem non sic solùm velis, sed et secundùm alium modum ostendere bonificum ordinem Angelorum, vide utique omnia genera entium et numeros omnes , qualiter unusquisque ipsorum quod in ipso primum et principalem ordinem hæreditans, immalignabilem habet et sincerè bonum meritò. Oportet enim quod in unoquoque primum imaginem ferre primæ causæ. Ubique enim sunt proportionalia illi, et omnia salvantur illius participatione. Sive enim dividas entia omnia in intellectualia et sensibilia, sive sensibile rursùm in cœlum et generationem : sive intellectuale similiter in animam et intellectum , ubique quod primissimum et divinissimum est insusceptivum mali. Oportet itaque non solùm in dictis sic, sed et in triplici ἡγεμονεία id est præsidatu me

liorum generum immaculatum et intellectualem et impermixtum ad malum, et qualitercunque secundùm bonum determinatum primum factum esse ordinem. Quoniam et processus ipsius propter bonitatem factus est; sicut rursùm qui Dæmonum secundùm potentiam et secundùm genimum Deorum; propterquòd utique et ii medium acceperunt in tribus generibus. Medii enim potentiâ sicut intellectus tertii, et quæ secundùm circulum conversio ad principium Hoc quidem igitur heroum quod conversionis, bonitas autem in Angelis operata et determinans existentiam ipsorum suî ipsius unitate. Quomodò utique adhuc malum in illorum naturam subintrare concedet, non est dicere. Solummodò ergò quod boniforme Angelorum ordinem obtinebit. Malum autem nullum nusquam. Deorum enim sunt elucidatores, et summitatem meliorum generum acceperunt; et bono characterizatur esse ipsis.

Sed ergòne in Dæmonibus malum primè? Isti enim sunt post Angelicum chorum consequenter. Sunt igitur aliqui et passiones Dæmonum dicentes; ii quidem et secundùm naturam, quandò mortes ipsorum et generationes alias et alias tragœdizant, aliis autem ex electione solùm, quandò nequam quosdam et malos nomi-

nant Dæmones, quos et animas inquinare et ducere ad materiam, et eum qui sub terrâ locus, ab itinere in cœlum detrahentes. Et hæc dicentes putant etiam Platonem hujus doctrinæ præsidem fuisse, duplicia exemplaria ponentem in omni; hoc quidem divinum et lucidum et boniforme; hoc autem ἄθεον id est sine Deo et tenebrosum et malificum; et animarum has quidem hùc ferri, has autem illùc et delatas δίκην sustinere : sicut rursùm et earum quæ in æterno, has quidem sursùm oris fieri fugientes eum qui ibi locum; has autem ab igneis et sylvestribus illis phantasmatibus ad aspalathos (*) et ad Tartarum trahi. Omne igitur tale, ut dictum est, Dæmonum genus seductorium et malignum, et destructivum animarum dico esse susceptivum malitiæ primæ illorum insinuat sermo, et bono et malo dividi etiàm horum naturam; quos si nihil aliud hoc interrogare oportet; divini enim et qui horum sermonum patres. Utrum Dæmones quos malos esse dicitis, et sibi ipsis esse dicitis tales; aut sibi ipsis quidem non tales et malos, aliis autem malos ? Si quidem enim sibi ipsis essent mali, duorum alterum; aut manent in malo, sempiterno tempore; aut transmutationis sunt suscep-

(*) Ἀσπαλάθους.

tivi. Et si quidem semper mali; quomodò quod ex Diis subsistit semper malum? Melius enim non esse omninò, quàm semper malè esse Si autem transmutantur non sunt eorum qui substantiâ Dæmonum, sed eorum qui in habitudine talium. Similiter enim quod melius et deterius et vitæ alia species. Dæmones autem semper omnes in Dæmonum ratione et in eo qui suî ipsorum ordine singuli. Si autem sibi ipsis quidem boni; aliis autem mali in ad deterius ducere, simile ac si quis et doctores vocaret nequam et pœdagogos quosdam qui castigatores peccatorum ordinati non permittunt persequentibus fluctuosè meliorem ordinem pro conveniente ipsis. Aut si quis ipsos antè sacra stantes et inquinatum detinentes extrà περιβολὰς (*) id est cortinas malè nominaret; quia participatione intrinsecorum prohibent. Erat igitur malum non extrà manere dignis sed esse talis ordinis et talibus prohibitionibus dignum. Si igitur et eorum qui in mundo Dæmonum, ii quidem sursùm ducunt animas, ii autem nondùm potentes ascendere custodiunt in suî ipsorum moribus, neutros utique meritò dicemus malos neque igitur hinc separantes; neque hic detinentes.

(*) Cod. nost. περιβολῆς. Fabr. περιβολήν. Lege autem περιβολάς ut prorsùs indicant et *s* mss et *cortinas*.

Oportebat enim esse et hos qui inquinatum et progressu in cœlum indignum, in eo qui circà terram loco coercentes habent. Non ergò malum neque in iis ratio adinvenire videtur: secundùm enim ipsorum naturam singuli faciunt quæ faciunt, et semper eodem modo. Hoc autem non malum.

Quid autem heroum genus, non primò quidem et huic esse est secundùm eam quæ ad meliùs conversionem et substantiâ et existentia? deinde et suprà (*) ipsa esse faciunt singuli. Hoc itaque suî ipsorum opus à patre ordinati aliorum et aliorum Providentiis. Si igitur eodem modo non malum; instabile enim naturâ et illocabile omne malum, quod autem semper totum, contrarium. Potentia enim τὸ semper. Hoc enim in potentiâ horum est, quibus et est malum. Totaliter autem transmutari et qualitercunque in vitæ specie eos qui secundùm habitudines heroas facit et nondum (**) ipso esse tales. Etenim Angelus et Dæmon et Deus, qui secundùm substantiam semper ipsius ordinem unusquisque salvare natus est: et non quandòque quidem aliter, quandòque autem aliter; sed operantur semper secundùm naturam quam accepit unusquisque. Adhuc si quidem et iis ira et

(*) Al. semper.
(**) Al. adhuc.

impetus et omnia talia dictis malis ex perversione ejus quod secundùm naturam infierent, est et in iis malum et suæ potentiæ inordinatio et convenientis ipsis perfectionis egressio ubique. Nam malum impotens et imperfectum et naturæ debilis ad salvare ipsam : si autem in agendo hæc unusquisque salvat se ipsum et suî ipsius naturam; et eam quæ in omni desinentiam quam ex æterno hæreditavit. Quomodò adhuc præter naturam ipsis hæc agere, secundùm naturam autem non entis erit malum; si malum unicuique præter suî ipsius naturam. Neque enim leonum, neque pardaleorum (*) malum dices utique esse furorem; sed hominum quibus optimum ratio : alii autem secundùm rationem agere, non bonum cui esse secundùm intellectum. Oportet enim malum, ut dictum est sæpè, non quod secundùm naturam esse, et quod in unoquoque melius bonum enim quod tale; sed naturæ assequentis deteriori. Igitur et heroum quorumcunque phantasia præceps agit et furor et iracundia et præcipitium et pertinacia non extrà naturam, quæ talia natura esse ipsis, non ratio. Quid igitur ex iis malum ipsis? Si autem animabus hæc impedimenta, undè vinculum iis, et quæ deorsùm in vitio? Non enim eas quæ nondum decide-

(*) Παρδάλεων.

runt ducunt in suî ipsorum locum. Non enim utique esset possibile. Sed deorsùm genitas et indigentes ipso pati in δίκην puniunt omni assequentes, et ipsi quidem secundùm naturam agunt : utitur autem ipsis ut organis ad sanationem omnem; quoniàm et bestiis utitur ad hominum devorationem, et inanimatis ipsis ad alia quædam secundùm naturam agentibus et lapis quidem secundùm naturam delatus percutit occurrens. Corporum enim eæ factiones percussiones; et ut ad hoc hujus natura utens in opportunam replet necessitatem indigentis pati. Neque igitur corporibus percutere malum; neque totaliter agentibus secundùm suî ipsorum naturam. Secundùm naturam autem agit omne quod nullam habet operationem istâ meliorem. Quam ergò aliam dictis heroum malis vitâ istâ existere meliorem dicimus, non est dicere. Hic enim ipsis ordo; hæc operationis species ex δημιουργία determinata est consummationum gratiâ custodiæ; cuique custodes entes quòd factum in ipsorum terminis præter suî ipsorum vitam in periodis ordinatis dignificare suî ipsorum custodia. Ordinat autem patientium potentia periodi tempus, et purgatione quidem perfectâ factâ orificum quies-

cit, et alia omnia subtracta sunt ascendentibus animabus : imperfectâ autem adhuc punitione ente, hæ quidem propter suî ipsarum ignorantiam appetunt progressum ad sursùm, has autem ad conveniens ducit universum, et talium custodes universi voluntati ministrantes, alias ad aliam punitionis speciem vertentes; has quidem ad amplius, has autem ad minus tempus coercentes dimiserunt, quà universum ordinant et universi lex unamquamque.

Quæ quidem igitur de Diis et de melioribus generibus misericorditer aliqualiter nobis facta esse dicimus, quòd neque est in ipsis malum nullum, neque utique fiet per hæc considerantibus. Omnia enim agunt secundùm ipsorum ordinem, in quo unumquodque ordinatum est, et eum qui ex *δημιουργίας* terminum indeclinabiliter habent eumdem, in suis moribus manentia.

3. Quæ autem consequenter iis considerandum, in quibus si alicubi malum videbitur tentantibus : si autem nusquàm entium ipsum dicendum esse neque igitur ibi, neque in hoc loco. Dicta quidem enim genera omnia insusceptiva speciei transmutationis erant : dico autem transmutationis quæ secundùm ipsorum ordinem. Semper enim unumquodque eum-

dem ordinem quem accepit, et salvare natum est. Iis autem consequenter sunt, potentia quandòque quidem ascendere, quandòque autem ferri in generationem et mortalem naturam. Et horum, hæc quidem meliora et diviniora, et nihil in attingere mortalem naturam recusantia eam quæ ad divinum cognitionem: hæc autem omnimodas fracturas sustinentia et perversiones circulorum, et oblivioni omni repleta et habitudine et malis. Meliora igitur priùs considerandum. Hæc ergò, quòd quidem meliora, et quòd humanæ malitiæ nullam in se ipsa passionem immittunt, significat et in Politiâ Socrates, Poëticam accusans quæ Deorum pueros ex æquo hominibus amatores pecuniarum narrat fuisse, et non veretur eosdem simul et talium patrum natos nominans, et talibus malis repletos quæ circà humanam naturam videmus accidentia. Si autem, ut qui de ipsis sermo ait, et quòd quidem ipsis plurimùm periodi est theoria et vita innocua et cum Diis providentia totorum secura, descendentes autem in generationem pro beneficentiâ eorum quæ hìc locorum; hæ quidem pro εὐγονία id est bonâ prole; hæ autem pro paritate; eæ autem pro virtute, eæ autem pro divino intellectu facientes elucescentiam,

perficiuntur cum Diis gloriatione et dæmonum bonorum aspiratione et universi annuitione, quod utique erit iis et totaliter malum, excepto si generationem ipsam velis dicere. Mensuram enim quamdam poculi oblivionis necessarium omnem animam facere, ut ait qui in Politiâ Socrates; quod autem oblivionis aliud in aliis; alicubi quidem et habitu perdito; alicubi autem et operatione solùm sepultâ. Hanc itaque operationis quietem, habitu manente intùs, veluti lumine, extrà procedere propter adjacentem caliginem impotente, oblivionem sivis, et malitiam sivis illarum animarum. Eæ autem si quidem sunt impassibiles, sicut ab eâ quæ in generatione turbatione circà animam factâ, propter hoc enim et immaculatas nominare consuevimus; tanquàm iis quæ hìc malis in ipsas ingredi non potentibus, sed inflexibilem quidem et inflectuosam vitam, eam quæ in intellectuali loco, non adhùc et hìc servare potens; turbatorium autem ipsarum et instabile et dependentibus manere sinentes: eæ autem et intùs silentes donec utique in tranquillitate fuerint. Aliter autem effulget ipsarum pulchritudo, quasi verisimile Deorum pueros dictos. Sive igitur in

terrenis animalibus, sive in aliis partibus universi animarum sint generationes, iste modus descensionis omnibus : et oblivio usque ad hoc et malum. Etenim lumen obtenebrari dicimus, quòd propter extraneitatem ejus quod circùm, grossi et nebulosi entis propinqua illuminare non potest. Perfectè autem obtenebratum esse, quod neque ipsum salvare potens. Igitur et divinarum illarum animarum descensus intrinsecam non perdens vitam, debilitatem ad agere dat ipsis. Quæ autem post hæc, et quæ vitam intrinsecam perdiderunt et eorum quæ indè speculaminum oblivionis habitæ veniunt, et mors in iis entibus est, et insatiabilitas et alarum defluentia et quæcunque alia sæpè de ipsis dicere consuevimus. Etenim quid aliud insusceptivorum mali et omninò malignatorum oportebat inter medium ponere, quàm τὸ tenue et apparens ut est dicere malum ? Hæc utique et de iis sint dicta. Habitum autem iis φῦλον id est tribus omnimodum enter est et varium, et omnimodis electionibus et impetibus transmutatum, cui et quæ intùs jam et animæ ipsius potentiæ defalcatæ feruntur, multum quidem habentes laborem, claudicantes autem et debiles et omnia quæcumque animarum dicuntur mala patien-

tes per decidisse indè ubi quidem entibus ipsis quod sine mœstitiâ et beatum in vivendo est : sursùm quidem enim ens anima omnis μετεωροποιεῖ id est alta petit et omnem mundum dispensat entia speculans et cum Diis præsidibus ad felicem et perfectissimam entis operationem ascendens; et quæ in ipsum respicientia replens eò quod ibi nectare. Non enim erat primè bonum θεὰ id est speculatio et intellectualis vita et Prudentia, ut alicubi ait aliquis; sed quæ secundùm divinum intellectum; detinens quidem intellectualia suî ipsius intellectu; ambiens autem sensibilia iis quæ alterius potentiis, et eorum quæ indè bonorum partem quamdam etiàm iis exhibens : quia quod perfectè bonum non in salvare se ipsum solùm habet τὸ plenum; sed jàm eâ quæ ad alia datione et non in invidioso operationis omnia bonificare desiderat, et sibi similia facere. Quando autem impotens secundùm ambas vitæ species imitari præsides ipsius , speculationis quidem entis expers fit, secundis autem aliis potentiis attrahitur, et volventibus circà mundum generationis principium hoc et periodi animabus, aliter et impotentia quidem et privatio speculationis, et iis malum. Universaliter autem malum ne-

que iis, sed vitæ species alia, quia prima propter defectum potentiæ indigentior. Ibi enim primè αὔταρκες id est per se sufficiens, ubi primè bonum : quæ autem maximè potentia ubi τὸ αὔταρκες id est per se sufficiens. Debilitas quidem igitur animæ et hæc sicilicet ab illâ intuitionem peccantem ferri ad deorsùm; potentia autem rursùs ibi fieri antè in profundum decidere. Non enim omnibus idem debilitatis modus. Neque enim corpora omnia in ultimam ægritudinem ponit distantia à virtute mensurante ipsa et salvante. Si autem sicut ait ille, συντυχία id est confortuna utens mortalis generationis mortem ferentis neque oblivio, entis repleta gravataque in terram decidit, ducit quidem ipsam ad convenientem ordinem omnem; aliam autem et aliam vitæ speciem variabit donec utique, ut qui in Timæo sermo, quod sursùm iter versa multam turbam et suborientia ipsi repellans et manere sinens, ad ens ipsum et ad clarissimum entis ducatur. Descendens igitur indè veniet quidem utique et ad continens et speculabitur eas quæ ibi animas, veniet autem et sub necessitatis terminum et oblivionis campum, non qualia primordialem naturam habens speculabitur. Etenim iis quæ sursùm animabus veritatis campus, et quod ibi continens in spe-

culationem aderat. Sed quod quidem indè alimentum congruum erat animæ optimæ, pascua ait ille; quod autem hic opinabile, propter quòd utique et oblivionis fluvium propè et mundum horum dirum, si non multo, repleta autem ducit ad simile animæ *ἄνοιαν* id est inintelligentiam dicens et tenebram et quòd obscurissimum ipsum si vis dicere fundum, omnis ubi utique multa vis hæc et invincibilia malorum mortalem naturam circumdantia, et velut circulo adnascentia animabus. Nam fracturæ circulorum et perversiones et vincula et quæcunque mortem adducunt animabus, et mille annorum periodi et punitiones et, ut est dicere, tragicotatissimæ (*) passionum quascunque ipsis universi lex superduxit in hoc loco, et non nequaquam hæc fugiemus neque requiescemus à laboribus, si non extrà alia facti, suî ipsorum bona et entis speculationem sequestraverimus à mortali nugacitate. Exuendum ergò nobis et tunicas quas descendentes induti sumus, et nudis hinc progrediendum illùc, et purificandum omninò animæ oculum quo entia speculemur, et intellectum præsidem faciendum interioris vitæ pro sensu. Mali quidem enim nobis exhibuit generationem quæ ad deterius nobis semper

(*) Τραγικώταται.

communicatio, et convivere et oblivio et ignorantia per ad inintellectuale et tenebrosum videre : bonos autem fuga et ad divinum similitudo : ibi enim totum bonum et fons bonorum omnium et pura entis et felix vita ibi perfectis animabus. De animâ quidem itaque potente ascendereque illuc et descendere huc ità sit dictum , qualiter malum in ipsâ et debilitas et casus et alia quæcunque prædicta sunt de ipsâ.

Illas autem animas , non quæ partes entium sunt , sed idola quædam et deterioris animæ partes quam *κακεργέτην* id est malefactorem Atheniensis Xenus vocat; et has igitur nobis considerandum , utrùm insusceptivæ malitiæ; aut etiàm in iis aliter malum. Si quidem itaque deteriores sint anima hominum, dico autem eo quod in nobis idolo, malum ipsis τὸ non secundùm naturam agere. Sicut enim utique natura transmutata semper per benè et malè, in illis eodem modo erit τὸ bene, sicut neque τὸ male. Si autem animæ alterius essent ejus quæ antè ipsas, qualis utique et nostræ, palàm quòd necesse, eâ quæ rursùm animâ deterius et melius valente, et idolum ferri ; quandòque quidem coassequens ad id quod sursùm, quandòque autem in generationem et materiæ locum ;

irrationalitate quidem enim ad rationem dependente, τὸ deterius in dissidere ad rationem non suscipiente indè lumen et τὸ immensuratum ipsius, curante eo quod indè metro. Etenim erat hoc non potentia ipsius, sed debilitas et defectus potentiæ. Etenim ad melius duci et ad boni participationem quod suscipere natum est unumquodque ejus autem quod secundùm ipsam malum, sed in peccare à conveniente virtute. Etenim delectationes et tristitiæ iis quidem metro fiunt et usque ad necessitatem; aliis autem suî ipsarum indeterminatio coassequentibus immensuratè. Et quod virtutis autem non idem in omnibus; sed hic quidem eam quæ equi possidens virtutem habet τὸ benè suæ naturæ; hic autem leonis : hic autem alterius animalis, et omnes in bono species eæ quidem magis, eæ autem minus. Si autem hic quidem vulpis pro leone fiat elatum et virile naturæ laxans; hic autem pro pugnante formidolosus; alius autem aliam vitæ speciem variet, eamque secundùm naturam, ipsis conveniente virtute sublatâ, et malum in iis enunciat. Omni enim τὸ secundùm naturam agere non est, aut ad melius natura ipsorum, aut ad deterius naturæ translationem fieri : ad melius quidem igitur et iis ascensus, quandò in ipsis operatio aliqua

elucescit rationi conformis : animâ tali præsente sortiente dœmone, veluti inspirante talem progressum. Ad deterius rursùm quando propter malitiam corporis aut alimentum non conveniens quæ secundùm naturam operatio obtenta contrario habitu ipsis repletam enunciat animam. Totaliter autem omne per generationem progrediens in imperfecto nascitur, et in tempore perfectum ipsi : perficitur autem oppositione cujusdam. Quod enim uniuscujusque finis, bonum. Imperfectum autem unumquodque dupliciter, aut in non operari habitûs privatione : quodquidem igitur operatione solùm deficit est melius eâ quæ secundùm naturam virtute et in eo quod antè naturam habet habitum perfectum ; quod autem ex naturalibus virtutibus perfici aptum natum simul cum imperfecto naturæ et habitu isto privatum est. Hoc autem est malum habitûs qui in virtute privatio, quâ utique præsente et perverti subjectam naturam et totum contrarium fieri ad suam virtutem possibile. Si autem et moribus hæc quidem meliora fiant, hæc autem pejora, quid mirum et ex iis ipsis advenire mali naturam, puta si quid quidem natura superbum assuescat quis humilem esse, hoc autem ad feralitatem difficiliorem evocetur ; hoc

autem aliter et aliter ab eâ quæ secundùm naturam virtute abducat. Omnia enim virtutem habent eam quæ ipsorum. Sed iis quidem et consuetudo facit ad hanc; iis autem fit impedimentum ejus quæ secundùm naturam viæ et alicubi quidem natura prævalens nocumentum quod ex illâ minorat : alicubi autem ipsa patiens et velut contrà (*) se ipsum facta ad iter assuefactionis ducitur.

Ipsam itaque naturam jàm nobis considerandum et quibuscunque esse omne et existentia hæc. Utrum et in hæc malum aut non? et propter quam causam? Omnis quidem itaque naturam, aut si qua alia corpori æterni natura est, neque dicimus, neque æstimamus à suî ipsius habitu exire aliquandò. Manentem autem quod equidem est ducere corpus secundùm naturam : quod enim aliud naturæ opus quàm salvare id, in quo et continere semper : hoc autem in causis omnibus. Hanc autem quæ in parte per singula obtinentem quidem subjectam materiam rectè et prudenter pedagizare, obtentam autem veluti partialem et rationibus talibus utentem totum contrarium agere quàm nata sit. Toti quidem enim naturæ præter naturam nihil; omnes enim rationes ab ipsâ. Ei autem quæ per sin-

(*) Al. extrà.

gula, hoc quidem secundùm naturam erit, hoc autem non secundùm naturam. Alii enim aliud præter naturam. Hominis quidem enim naturæ leonis species hæc generatur præter naturam, quia neque erat intùs quæ hujus ratio, neque rursùm aliarum specierum; sed hominis solùm. Ei autem quæ aliorum alia et in omnibus similiter quorum rationes secundùm speciem alteræ. Hujus igitur naturæ obtineri, et præter naturam agere, sed non totius neque æternorum alicujus. Materia enim subjecta non æternis; sæpè quidem iis quæ ex naturâ vinculis obtenta suî ipsius tenebras et informitatem decorat, et velut illuminat et alienum induit ornatum. Et etiam in totis sic occultatur turpitudo ipsius. Quare et si est à principio non omnibus fieri notum, neque iis qui multa secretorum naturæ elucidaverunt, eâ autem quæ in parte naturâ impotente et propter defectum potentiæ substantialis. Est enim velut radius totius et impressio et ratio, partita indè et in corpus defluxa, neque pura manere potens. Et rursùm propter contrariorum undique ipsam circumdantium potentiam. Multa enim quæ extrinsecus et aliena ad mortalem naturam. Hanc igitur diximus, debilitatem obtinens et suî ipsius turpitudinem superducens, defalcat quidem operatio-

nem ipsius; quod autem ab ipsâ lumen tenebrosum suî ipsius informitate ponit. Etenim quod turpe naturæ, ratione non obtinente, passio est, et inordinatum ordine impotente; obtinetur autem ratio à deteriori, ipsa irrationabilis facta. Si igitur τὸ non impeditum et in hâc operante ostendit, habebimus utique omnia secundùm naturam, et nusquàm malum in iis. Si autem alius quidem hujus finis et quæ secundùm naturam via, aliud autem quod præter hoc et naturæ impedimentum; et ratio quidem una, quæ autem præter ipsam infinita. Quid utique aliud dicemus quam hanc esse naturæ malitiam? Cuiquidem enim speculatio bonum, hujus privatio malum: cui autem quæ in aliud factio, et quæ secundùm rationem operatio non vincere rationem, neque in finem pertingere operationem victam à deteriori malum: corporum autem malitiam ponendum, si quæ super ipsis species sit invincibilis à deteriori. Etenim turpitudo quæ corporalis est, victa ratione; et ægritudo ordine soluto, quoniam et pulchritudo quandò vincit species velut flos speciebus superincidens; quod autem sanitatis, quandò qui secundùm naturam ordo inconcussus fuerit: et hæc sicut in naturâ dicta sunt usque ad materialia corpora,

et singularia entia; sed non usque ad ea quæ ut tota; sed non usque ad ea quæ extrà materiam audiendum. Ubi enim τὸ turpe ex ipsâ materiâ quam τὸ turpe ipsum et ultimam naturam ut immensuratam et impulchram, et claritatem neque debilem habentem vocare consuevimus. Ubi autem inordinatio et τὸ præter naturam in iis quæ semper secundùm naturam, quâ utique obtinente semper naturâ habens τὸ eodem modo in τῷ benè. Singularia quidem igitur corporum quæ in materiâ omnimodas substinentia transmutationes: quandòque quidem habent ordinem et bonum, quandòque autem contraria obtinentia naturam ipsorum. Quæ autem non singularia, quæ et ut tota manere semper et modum complere naturæ habent semper ordinem vincentem inordinationem, eorum autem quæ extrà materiam, hæc quidem semper secundùm numerum eadem et operationibus similiter habentia et ab omni mortali difficultate pura; hæc autem ipsa esse quidem et naturâ eadem, ad deterius autem et melius ducta operationibus, qualia utique et animarum humanarum organa, quod quidem substantiale utique secundùm naturam habentia; quod autem vitæ alius aliud: et quandòque quidem in suî ipsorum pulchri-

tudine et eâ quæ secundùm naturam operatione et in eo qui secundùm naturam ordine (*) manentia; quandòque autem in alienam regionem dispersa et delata præter naturam, et turpitudinem materiæ insinuantia. Animæ enim organum unumquodque potentis adspicere ad utrumque; assequitur igitur illi et illius impetibus et delatum omniquàque omnimodos sustinet motus, assimilatum appetitibus animæ. Dictum est autem et de corporeâ naturâ et quòd malum in hâc et quomodo aliud in alia. Singularum animarum quidem enim hæc quidem in materiâ et substantiâ malum habent et infinita secundùm numerum. Hæc autem extrà materiam finita quidem sunt numero et substantiâ ipsorum neque est malum; operationibus autem et transmutationibus vitæ apparet contrariis; eorum autem quæ ut totorum, hoc quidem in ordine solùm, inordinatione non ente; hâc autem est in ordine, victâ semper inordinatione. Omnis enim totalitas est ordinis vincentis semper et τὸ eodem modo propter ordinem quem et omnem fluctuosè et inordinatè motum quodcunque est hoc non solum materialibus corporibus sed et æternis supponi dicimus, aliter τὸ inordinatum illis

(*) Al. loco.

et non eodem modo dicimus : hic quidem enim τὸ inordinatum propter materiam et propter speciei adinformet mixturam ; ibi autem non ut speciei expers, sed ut vitæ τὸ inordinatum ; etenim subjectum ratio species. Quare ibi quidem et quod quasi inornatum ordo, sed ordo hic ad eum qui desuper ornatum inordinatus. In generatione autem τὸ inordinatum in materiâ propter irrationale et obscurum et indeterminatum ipsius naturæ; non enim accidit ipsi τὸ inordinatum ; neque ad aliud tale dicitur. Nondùm enim ultimum quod ad aliud tale, sed ipsum immensuratio et αὐτὸ indeterminatio et αὐτὸ tenebra est τὸ materiæ inordinatum.

Sed benè quià antequàm ad ipsam considerationem feramur, materiam nobis in medium sermo ipse produxit, dicendum et de hâc, sive est malum ; sive etiam non : accidisse enim ipsi malum nullatenus possibile; quia secundùm se ἄποιος id est sine qualitate et informis est, et subjectum, sed non in subjecto : et simplex; sed non aliud in alio. Si autem est totaliter malum, sicut aiunt quidam, secundùm substantiam est malum ; quod et dicunt illi materiam τὸ primè malum, et quod odiunt Dii facientes. Quid enim aliud est malum quàm immensuratio et indeterminatio et omnia quæ-

cunque boni privationes : bonum enim metrum est omnium et terminus et finis et perfectio : quare malum immensuratio et αὐτὸ infinitum et imperfectum et indeterminatum ; hæc autem omnia in materiâ primè, non alia entia præter illam ; sed illa et quod est ipsius esse. Malum ergò τὸ primè et mali natura materia et omnium ultimum. Si autem et bonum est duplex, hoc quidem ἀυτὸ bonum et nihil aliud quàm bonum ; hoc autem in alio et bonum quoddam, et non primè bonum : erit et malum duplex ; hoc quidem velut αὐτὸ et primè malum et nihil aliud quàm malum ; hoc autem in alio et malum quoddam, et propter illud malum et illius transumptione, aut assimilatione malum. Et sicut bonum primum, sic et αυτὸ malum, ultimum entium. Neque enim bono melius, neque malo deterius esse possibile nihil. Etenim alia omnia propter hæc meliora et deteriora dicimus. Ultimum autem entium materia. Omnia enim alia facere aut pati nata sunt. Hæc autem neutrum virtute amborum privata ; ergò αυτὸ malum et τὸ primè malum materia.

Si autem in corporibus τὸ præter naturam materiâ vincente, sicut dictum est, et in animabus malum et debilitas per casum in materiam et per inebriari, eâ quæ circà ipsam indetermi-

natione assimilatas ad ipsam; quid hanc dimittentes, aliam malorum causam quærimus principium et fontem horum subsistentiæ? Sed si malum materia, iterum enim ad altera transeundum naturæ alterum duorum, aut bonum mali causam facere, aut duo entium principia. Omne quidem enim qualitercunque subsistens naturæ, aut principium esse totorum, aut à principio. Materiam autem ex principio quidem entem à bono et ipsam habere in esse progressum, principium autem entem duo entium nobis subjicere principia oppugnantia invicem, quod primè bonum et quod primè malum; sed impossibile : neque enim duo prima. Unde enim totaliter, monas non ente? si enim utrumque duorum unum, oportet antè ambo esse τὸ unum quo hæc ambo unum et unum principium. Neque ex bono malum. Sicut enim bonorum causa majori modo bonum; sic utique et mali generativum majori modo utique erit malum; et neque bonum adhùc suî ipsius naturam habebit mali producens principium. Si autem utique gentium assimulari amat adgenerans, et ipsum utique malum bonum erit bonificatum propter transumptionem causæ ipsius. Quare bonum quidem erit malum ut mali causa, malum autem bonum ut ex bono productum. Si autem et

necessarium materia ad omne, et non utique esset mundus omnimodè magnus iste et felix Deus materiâ absente, quomodò adhuc mali naturam ad hanc reducendum? Aliud enim τὸ malum et τὸ necessarium aliud. Et hoc quidem est tale sine quo esse impossibile; hoc autem ipsius esse privatio. Si igitur et ad conditura simul omnis mundi, suî ipsius exhibet oportunitatem et producta est primitùs, susceptibilium generationis futura et velut nutrix et mater; quomodò utique adhùc dicetur malum et τὸ primè malum? si autem immensurationem ipsam, et τὸ infinitum et unumquodque talium multipliciter dicimus. Etenim ut oppugnans metro et ut absentiam illius et ablationem et ut subjectam ipsi et velut indigentem mensurâ et termino materiam. Materia autem oppugnare quidem non est nata, neque facere totaliter nihil, cui neque pati est secundùm naturam propter defectum virtutis patiendi. Sublatio autem non est mensuræ et finis: non enim est idem privationi, quià præsentibus illis privatio quidem non est; materia autem et est et suscipit ipsarum emphasim. Naturæ itaque τὸ infinitum ipsius et immensuratum esse indigens metro et fine. Indigens autem iis quomodò ipsis contrarium erit? quomodò autem

adhùc malum boni indigens? fugit enim boni naturam malum, et totaliter omnem contrarium habitum. Si autem expetit et concipit generationem, et ut ait ille, nutrit; malum autem nullum ab ipsâ matre ente iis quæ ex ipsâ, magis autem in ipsâ genitis. Si autem et animabus debilitas et casus non propter materiam, quoniam et antè corpora et materiam erant. Hæc et præerat in ipsis aliqualiter animabus materiæ malorum causa. Aut undè in assequentibus Jovi tollere quidem ad eum qui extrà locum aurigæ caput τὸ impotentes occumbere et velut hebetatos ad aspectum illum aversos (*) fieri oculis. Qualiter autem et in illis entis oblivio et συντυχία id est confortunatio et τὸ exorbitatio; exorbitat enim malitiæ equus participans ad terram repens et gravans, materiâ non ente. Quandò enim in terram ceciderit, tunc et materiæ communicatio et quæ hìc tenebra; ibi autem et ante hæc debilitas et oblivio et malum. Non enim discederemus non debilitati, quoniam et distantes adhùc affectamus entis speculationem.

Si igitur debilitari quidem et antè poculum existit, in materiâ autem fieri et ad materiam venire, post eam quæ indè fu-

(*) Al. adversos.

gam ; non autem propter materiam debilitas et totaliter mala animabus. Etenim quid utique aget in alia non potens facere? quomodò autem rursùm habebit facere τὸ ἄποιον secundùm τὸ? Verùm autem et adducit ad se ipsam materia animas, aut à se ipsis illæ ducuntur et separatæ fiunt et impotentes suî ipsarum, si quidem itaque à se ipsis ducuntur. Hoc erat ipsis malum qui ad deterius impetus et appetitus; sed non materia; omnis enim fuga melioris malum, et multò magis quæ ad deterius et propter debilitatem patiuntur quæ oportet tales pati malè eligentes. Si autem à materiâ adducuntur, ubi est τὸ αὐτὸ mobile; et animæ electiones, si attractionibus animæ velut adductivo quodam generationis causam permittemus? Aut qualiter earum quæ in materiâ generatarum animarum; hæc quidem ad intellectum adspiciunt et bonum; hæc autem ad generationem et materiam, si omnes ducit ad se ipsam materia et molestat et vim infert ibi entibus. Hoc quidem et ista ratio dicet et coget non quod non malum, sed et bonum materiam ostendi contrario illi modo tempestans.

Videbitur autem utique et ipse Plato velut trahi ad ambas rationes. In Timæo quidem enim matrem et nutricem ipsam generationis

vocans et concausam mundi conditurae dicere omni manifestus est; tanquàm bonum ipsum ponens totum quidem mundum felicem Deum nominans, materiam autem mundi particulam. In sermonibus autem Eleatis Xeni causam inordinationis universi in subjectam naturam remittit; et cum ponente quidem omnia bona habere mundum dicens; ab eo autem qui anteriùs habitu contrariam horum in ipso generationem habere. In Philebo autem et materiam ipsam et omnem infiniti naturam ex uno producens, et totaliter aut distantiam finis et infiniti divinam causam ponens ἔνθεον id est divinam ipsam, et bonum propter Dei transumptionem, et eam quæ à Deo generationem esse concedet et nusquàm malum, malorum alias quasdam ait oportere quærere causas et nullam, ut in aliis dictum est. Ne fortè igitur inordinatio et malum non propter materiam sed propter fluctuosè et inordinatè motum. Hoc enim est quod corporeum quod ait Eleates Xenus, inordinationis causam ultimis universi neque materiam esse potentem. Motus enim circà ipsum materiâ immobili ente secundùm se, neque ἄποιον, id est non quale corpus τὸ primè compositum. Visibile enim est, ut ait Timæus; quod autem ἄποιον non visibile, sed cum emphasi specierum omnium

et velut confusione, quod et in moveri facit τὸ inordinatum. Vestigia enim differentium specierum ad aliam et aliam lationem ducentia fluctuosum totum motum manifestant. Hoc igitur est qui anterius habitus; non enim potens obtineri speciebus inornatum seipsum ostendit et impulchrum et in totis quidem obtinet; in iis autem quæ in parte propter debilitatem ratio à contrariâ ipsi naturâ victa ducitur ad malum et velut irrationatur à deteriori obtenta. Qualiter quidem igitur τὸ præter naturam in corporibus ingreditur, paulò post erit manifestum : quòd autem non ex materiâ malum neque corporibus, ex iis palàm. Non enim est materia et quod fluctuosè movetur idem ; sed et quòd materiam non primè malum ponendum sufficienter, ut æstimo, ostendit qui in Philebo Socrates ex Deo infinitatem generans. Si autem et ex se infinitam materiam dicendum, ex Deo materia, sive τὸ primè infinitum : substantialem enim infinitatem ex unâ causâ dependentem divinitùs ex generari dicendum, et maximè eam quæ cum fine facere mixturam non potentem. Etenim subsistentiæ ipsorum et mixtionis Deus causa. Hæc quidem igitur et corporis, quà corpus, naturam in unam causam ducem scilicet Deum : ipse enim est qui mix-

tum genuit. Neque ergò corpus malum, neque materia; hæc enim sunt Dei γέννηματα, hæc quidem ut mixtura, hæc autem ut infinitum. Quid enim τὸ infinitum et super materiam ordinatum, significat alicubi et ipse dicens in illis. Igitur quæ quidem generantur et ex quibus fiunt omnia talia genera exhibuerunt nobis quod ergò corpus. Etenim hoc unum omnium quoniam mixtum et hoc, et hoc quidem fons in ipso et ratio. Hoc autem infinitum dupliciter indè erit, et secundùm partes. Quid enim aliud in ipso infinitum quàm materia? Quid autem finis quàm species? Quid autem quod ex iis quàm σύνολον id est simul totum? Si igitur et ipsa quæ generantur omnia, et ex quibus fiunt mixtum est et finis et infinitum; quòd autem etiàm omnia hæc condit aliud et quartum ut ait ille, neque utique materiam, neque utique speciem, neque utique mixtum aliundè quàm ex Deo mixtum produci dicemus. Quid autem indè genitum erit malum? neque enim caliditatis infrigidare, neque boni mala producere; neque ergò materia neque corpus malum dicendum.

Forsitàn igitur aliquis nos utique interrogabit quid utique et ipsi de materiâ dicemus? et utrùm bonum ipsum aut malum esse

ponimus et qualiter utrumque. Sit itaque nostra et hæc sententia. Neque ergò bonum esse materiam neque malum. Sive enim, bonum finis erit et non ultimum omnium et cujus gratiâ et desiderabile. Omne enim bonum tale, quoniàm τὸ primò bonum finis, et cujus gratiâ omnia et desiderabile omnibus entibus. Sivè rursùm malum Deus erit et principium entium aliud dissidens ad bonorum causam; et erunt duo fontes fabulati fluere ex contrario, bonorum quidem alius, malorum autem alius; et neque erit ipsis Diis vita innocua, neque extrà mortalem difficultatem, et quibus est aliquid difficulter tolerabile, et alienum et velut molestans. Si autem non est utique, quid utique erit secundùm ipsum? aut hoc quod sæpè dictum est τὸ necessarium de ipsâ dicendum. Est enim alia quidem boni natura, alia autem mali : et hæc quidem enim illis contraria. Tertia autem alia neque bonum simpliciter ens neque malum; sed necessarium malum quidem enim abducit à bono et fugit illius naturam; quod autem necessarium boni gratiâ omne est quod est. et ad ipsum relationem habet, et propter illud qualemcunque generationem habuit. Si itaque generatio gratiâ hujus, aliud autem ipsius gratia malum, ut uti-

que et finem ipsum et bonum diceremus necessarium utique ad generationem ipsam et non malum dicendum, et factum esse divinitùs tanquàm necessarium et esse necessarium speciebus in se ipsis firmari non potentibus. Non enim solùm bona et à se ipsis talia generare oportebat bonorum omnium causam, sed etiam naturam illam quæ non est quidem simpliciter et à se ipsâ bonum; appetit autem bonum, quod et appetens dat aliis generationem esse et qualitercunque ab ipsâ naturam indigens ipsa bonorum confert ad sensibilium condituram : quoniàm et τὸ ens non entia solùm sed et desiderantia participationem ipsius esse constituit, quibus τὸ esse secundùm entis desiderium. Aliud igitur primè desiderabile, aliud quod desiderat illud et in hoc bonum habens intermedium aliud omne quod iis quidem desiderabile est. Hæc autem desiderat videlicet quæ antè ipsam et quorum gratiâ est. Materiam quidem igitur ipsam in ratione hâc considerantes, utique inveniemus quòd neque bonum neque malum, sed necessarium solùm; et ut quidem boni gratiâ genita, bonum; simpliciter autem non bonum; et ut quidem ultimum entium, si quidem plurimùm distans à bono malum, malum; simpliciter autem non malum, sed

sicut dictum est necessarium. Totaliter autem malum ipsum secundùm se facere, non verum. Hoc enim est non mixtum malum, neque primè malum. Si enim bono omni malum contrarium erat, oportebat bono antè id quod in alio et secundùm se et primè ens, et malum esse duplex : hoc quidem ipsum, hoc autem in alio. Si autem illius est bonorum contrarium malum cui τὸ esse in alio; multò utique magis, et τὸ malum in alio, secundùm se autem non est : neque enim τὸ bonum cui malum contrarium, sed in alio et non separatim. Etenim quid utique erit primè bono non quia malum, sed et aliud quodcunque entium, contrarium. Omnia enim entia propter illud et illius gratiâ sunt : contrarium autem esse propter contrariam naturam impossibile ; sed ipsum hoc contrarium non esse. Corrumpuntur enim ab invicem contraria, et totaliter omnia contraria ex uno prodierunt vertice et genere. Primè autem boni genus quid utique erit? quid enim ultrà naturam boni? quid autem utique entium illi fiet homogeneum? oportet enim utique alterum aliquid esse circà ambo cujus pars utique erit aliquid illorum, et non utique adhuc bonum principium entium, sed illud utique erit com-

mune ambobus. Nihil ergò contrarium primè bono, sed neque participatis omnibus, sed quibus non eodem modo participatio. Dictum est autem et priùs de iis. Sed materiam hic relinquendum.

Ad privationem autem rursùm transeundum ; quoniàm et hanc malum quidam dicunt et bono penitùs contrariam : materiam quidem eam specie præsente sufficere : privationem autem nusquàm adhùc esse, malificam entem semper et speciebus contrariam ; et hanc quidem appetere bonum et expetere et transumere ; hanc autem fugere bonum et corruptionis factivam esse, et totaliter malum. Sed si primè quidem bonum enti idem erat, et simul bonum et ens et una natura , oportebat et primè malum esse privationem τὸ non ens entem secundùm se et contrariam ad ens. Si autem bonum alterum ab ente, et non idem esse utrique; et malum à privatione alterum, et ut neque bonum, bonum ens, sed suprà ens, neque τὸ ens ipsum secundùm se, sed submissio boni et elucescentia prima et velut illius splendor; sic utique et privatio simpliciter, quoniàm et privatione præsente nondùm malum, et factâ mali naturâ abscessit. Dico autem velut ægritudo in corpore, inordinatione quidem

præsente, sed non omni : omnis enim ordinis privatio simul subjectumque perimit et quod in ipso malum. Et non genitum non privatio quidem est; malum autem non est, ignis enim et aqua et alia secundùm se ejus quod ex ipsis non entis. Horum autem nondùm malum. Totaliter autem inordinationem et immensuratum, sicut dictum est, sumendum aliter quidem absentiam illorum, mensuræ dico et ordinis; aliter autem contrariam ad ipsa naturam; hæc quidem enim adversantur ordini et mensuræ, hæc autem ablatio est illorum solùm, et nihil nisi negatio magis quàm illa; præsentia quidem enim sunt quæ sunt; absentia autem suî ipsorum relinquunt privationes. Si igitur malum quidem contrarium bono et dissidet ad ipsum : privatio autem neque oppugnat suî ipsius habitui, neque facere aliquid nata est cujus et esse tale debile omninò, et non mansivum, ut illorum sermo. Quomodò utique adhùc τὸ malificum ad ipsam reducemus à quâ remotum est omne facere? Species enim est hoc et potentia; hæc autem informis et debilis sed non potentia, magis autem absentia potentiæ. In quibus quidem entium malum est et non est, ab his palàm.

Quoniàm autem aliter quidem est in ani-

mabus, aliter autem in corporibus, quis ordo ipsorum sumendum et undè incipit et usque quò submissio. Utrùm enim quod in animabus malum eo quod in corporibus majus: aut hoc quidem malorum ultimum, illius autem debilius malum. Quod autem in animâ; hoc quidem usque ad operationem solùm; hoc autem has obtinet et potentiarum (*), iis quidem varias fractiones; his autem quietationem induxit, ut qui illius sermo. Si igitur aliud quidem operationis solum impedimentum; aliud autem et usque ad potentiam; aliud autem et substantiæ ipsius corruptivum. Et hoc quidem divinarum animarum est passio generationem attingentium, hoc autem debiliorem quæ ex intellectu claritatem superducentium, hoc autem ipsorum jàm corporum; hoc quidem erit videlicet apparens malum, hoc autem enter malum, quod esse defallat et naturam ejus in quo est, hoc autem intermedium horum, quòd potentiis malum existens nihil in substantiam natum est facere. Totaliter enim quod majora potest lædere, majus malum: substantia autem ultrà potentiam, et potentia ultrà operationem; et quodquidem substantiæ corruptivum potentiamque simul et operationem dissipat;

(*) Al. priorum.

quod autem potentiæ, operationem; (Neque ergò substantia cum iis, neque potentia post operationis cessationem) primipotentiæ autem quodquidem usque ad operationem privatio; et non contrarium; quod autem potentiæ, substantiæ contrarium. Majori autem bono majus malum contrarium; quare majus quod in animabus quàm in corporibus malum, non omnibus, sed quibuscunque potentia pati nata est. Quibuscunque autem operatio solùm, minus malum, et absentia totius perfectionis, et submissio solùm. Hoc quidem enim virtuti contrarium hoc autem bonis corporis; et hoc quidem ei quod secundùm intellectum, hoc autem ei quod secundùm naturam. Quantò itaque intellectus quàm natura, et quod secundùm intellectum eo quod secundùm naturam melius; tantò utique et quod præter intellectum eo quod præter naturam ultrà ad malum. Si autem hoc quidem substantiæ est corruptivum, hoc autem potentiæ solùm, mirabile. Quandò enim ejusdem; hoc quidem substantiam, hoc autem potentiam corrumpit, tàm majori modo malum substantiæ corruptivum. Quandò autem alterius et aliam non inconveniens potentiæ corruptivum longius à naturâ boni ens excedere in malo, puta si alterius potentia melior

quàm substantia, quià quidem utique et animæ potentiæ dicuntur corpoream substantiam et generare et salvare. Hoc ergò et qui in Politiâ Socrates omninò δίκην malitiam nominat, et non utique talem esse ait si mortale erat. Celeriter enim utique in non esse deduceret habentes ipsam animas; meliùs autem non esse quàm malè esse; hoc quidem enim est entis; hoc autem boni privatio, quòd et corporeum malum non otiosius enunciat ea quæ in animabus nequitia. Hoc quidem enim intensum in non esse consummat; hoc autem in malè esse.

Si itaque hæc rectè dicimus, non utique erit primè malum materia, et secundùm hanc, ut dictum est, rationem. Propinquius enim corpus quàm materia animarum, minori malitiâ repletum. Sed neque à bono remotius bonum magis : neque mali magis transumens minus malum : sed est in animabus quidem malum magis; in corporibus autem minùs; quoniam et animarum alius ordo et corporum alius. Etenim animarum eæ quidem sursùm omninò puræ; iis autem ad malum operationis privatio, hæc autem et usque ad potentias suscipientes malitiam : et corporum hæc quidem semper in ordine; hæc autem quibus operatio et potentia aliàs aliter; hæc autem quibus sub-

stantia malum suspiciet utique; quæquidem ordinis talia.

Consequens autem utique erit speculari malum ipsum secundùm se quid est et quam habet naturam. Antè hoc autem causas malorum, sive et horum est aliqua omnium una et eadem causa, sive non. Etenim hoc ii quidem aiunt, ii autem non, et ii quidem fontem malorum dicentes ab hoc producunt omne qualitercunque malum; ii autem et animarum κακεργέτες id est malæ operationis principium ponentes naturæ mali, hinc mala generari aiunt : ii autem intermediè horum intellectuali naturâ species malorum relinquentes, indè sicut alia omnia et mala progressum habere confitentur. Horum autem ii quidem ex aliis suppositionibus concludunt sermones; ii autem et Platonem faciunt suorum dogmatum patrem : ii quidem omnium ideas intellectuales ponentes et eum qui in Theæteto Socratem attestantes exemplaria duplicia, hæc quidem ἔνθεον id est divinum hæc autem ἄθεον id est sine Deo facientes; ii autem Atheniensem Xenum duo genera animæ, hoc quidem benefaciens, hoc autem contrarium huic relinquentem; et omne quidem ab alterâ solùm, mortalem autem locum ab ambabus gubernari dicentem.

Etenim totaliter si unam causam malorum ponendum, divinam ipsam aut intellectualem aut animalem existimare oportet. Dii enim et intellectus et animæ causæ ordinem acceperunt: alii autem hæc quidem organa ipsorum, hæc autem idola quædam et imagines in alio factæ. Ad dicentes quidem igitur fontem malorum, sufficiunt priùs dicta. Dii enim omnes et fontes omnes bonorum causæ, mali autem nullius neque sunt, neque fient unquàm. Si enim, sicut dictum est priùs, et qui in Phædro Socrates vult, divinum omne bonum, pulchrum, sapiens; aut præter naturam ipsius faciet malorum generationem ingenitam; aut omne subsistens indè erit boniforme et ἔκγονον ejus quæ in ipso manentis bonitatis. Sed neque ignis aiunt infrigidare, neque boni malum à seipso producere. Duorum igitur alterum, aut neque esse malum dicendum malum, si deitùs; aut esse et non deitùs esse. Ostensum est autem priùs quòd est alia ergò malorum causa et non Deus; ut alicubi et Plato docet, bonis quidem omnibus ex unâ causâ progressum supponens; malorum autem generationem ad alias causas et non ad divinam reducens. Omne enim indè subsistens bonum, totum igitur bonum; et quod velut cordiale bonitatis lumen in Diis: aliud autem lumen omne ex lumine, et claritas et potentia et

pars potentiæ illius, sed illi beati et entes felices à Diis etiàm mala ornari dicentes et mensurari et infinitum ipsorum et tenebrosum determinari secundùm quòd utique hæc partem boni suscipiunt et ad esse sortiuntur potentiam et hæc ornantem et ordinantem causam appellaverint fontem malorum non ut fontem generatricem ipsorum. Non enim erat fas primas entium causas generationis malorum principium esse, sed ut finem ipsis et terminum adjacentem et τὸ obscurum ipsorum illustrantes suî ipsius lumine. Etenim malum infinitum quidem ex partialibus causis existit; finis autem ex totis propter quòd et illis quidem est malum quod est; totis autem non malum. Non enim secundùm potentiam ipsis existit τὸ infinitum, ut utique et infinitio suî ipsorum boni naturam transumerent, sed propter defectum potentiæ : roborantur autem aliqualiter bono participatione finis.

Illi quidem igitur talia meditantes neque malorum generationem inordinatam esse persuasi, et Deum et ordinis horum causam fecerunt. Videntur autem mihi et non barbari solùm, sed et Græcorum summi omnium in Diis cognitionem relinquentes malorum et bonorum; bonis quidem per se ex Diis dare generationem; malis autem secundùm quòd boni partem acce-

perunt et hæc et potentiam ad esse ad finem. Non enim sine mixturâ malum τὸ malum sicut dictum est sæpè; sed sic quidem malum, sic autem bonum. Et ut quidem bonum ex Diis; ut autem malum ex aliâ causâ impotente. Omne enim malum propter impotentiam generatur et defectum, quoniàm et bonum ex potentiâ et impotentiâ hypostasim accepit. Ipsius enim potentia et in ipso. Etenim si quidem sine mixturâ malum esset τὸ malum et solùm malum, ignotum utique esset Diis bonis entibus et omnia bonificare potentibus quibuscunque esse ab ipsis. Hoc autem est, quorumcunque habent notitiam quoniàm cognitiones ipsorum activæ potentiæ sunt et institutivæ omnium quorum utique et esse dicuntur cognitiones. Quoniàm autem simulque malum et aliter bonum; et non hàc quidem bonum, hàc autem malum; sed omne quod est, bonum, et magis bonum quià omni tale. Neque in Diis cognitionem, neque indè ipsius generationem interimendum. Sed cognoscunt Dii malum quà bonum et faciunt. Eodem igitur modo et cognoscentes habent, et apud ipsos causæ malorum sunt potentiæ bonificæ horum naturæ, velut si secundùm species Deus quis potentias intellectuales specificat in formis naturæ.

Sed Euge quia ad species et specierum ordinem sermo transivit, ne forte ex iis mala et malorum generationes, aut undè τὸ indeficiens etiàm iis. Omne enim semper ens ex immobili quâdam causâ procedit et determinatâ. Si itaque malum æternum mortalem naturam circumambiens, quid τὸ æternum ipsius et undè? Non enim ex aliâ causâ dicimus quàm à semper eodem modo habente et ab immobili naturâ : sed hæc specierum natura et τὸ semper ens bonum. Et quid enim utique intellectu fiet non bonum? si ergò bonum αὐτὸ, unumquodque quod ad illa fit, bonum; quod enim bono assimilatur, bonum; malum autem assimilari bonis, quà tale, non est aptum natum. Et eum quidem qui intellectualibus speciebus assimilatur, perfectum et felicem esse dicimus; malum autem totum contrariùm miserum et infelicem nominamus. Non ergò malus quia malus assimilatur intellectui: hoc autem existente neque utique in intellectu exemplaria erunt malorum. Omnis enim imago exemplaris est imago. Si autem et Plato species quidem divinissimas vocat entium; nam semper eodem modo se habere omnium divinissimis solis convenire ait Eleates Xenus, exemplar autem malorum ἄθεον, et tenebrosum, sicut dictum est, quòd ingenitam

talem naturam in illis supponentes indè producere malum. Si autem et conditor universi apud quem species omnes et specierum numerus, velit non esse malum in omni, et omnia quidem ipsi similia generare velit, malum autem nihil, quomodò utique adhùc exemplar malorum? Habebit omnia quidem bonificans; nihil autem concedens esse frivolum. Non enim iis quidem specierum condit et generat, iis autem sterilis est et inefficax; sed ipso esse producens omnibus, impartibiliter operatur. Et igitur species mali generabit mala et neque quæ vult faciet solùm illa, neque secundùm naturam voluntas ipsa. Simile enim ac si ignis calefaciens alia et exsiccans hoc quidem velit, hoc autem non. Duorum igitur necesse alterum, aut et velle mala et esse et fieri divinum intellectum, si et horum est secundùm substantiam patiens; aut non volentem, neque generare ipsa, neque producere, neque habere rationes ipsorum quibus singula mundialium instituit.

Sed ille quidem sermo neque ipse per se ipsum persuadere sufficiens quòd sit verus, ad contraria sæpè transmutatus. Si autem æternum dicentes malum et æternaliter entium immobiles causas relinquentes, malum talem causam recusare dicimus, non mirum. Nàm æternum illud dicimus quod secundùm

naturam habet in esse progressum, sed non quod qualitercunque factum; quoniàm et circumferri ipsum malis existere dicendum, non secundùm quod malum unumquodque sed quià et hæc ornat universi ordo et maximè cœlum, genitis quidem æternitatis post essentiam dans, iis autem quæ recti motûs periodorum circularium, inordinatis autem ordinis, indeterminatis verò termini, malis autem bonitatis. Omne igitur secundùm naturam ens et semper ens ex causâ determinatâ generatur. Malum autem non secundùm naturam. Neque enim claudicationis in naturâ ratio, neque inartificationis in arte. Quomodò igitur et hìc immobile principium quærendum, et quæ in speciebus malorum ratio, omnibus quidem quæcunque secundùm illas fiunt, speciebus et finibus entibus; naturâ autem malorum infinitâ et indeterminatâ secundùm se ipsam ente.

3. Tertiò igitur animam speculandum, si et hanc omnium malorum causabimus quam κακεργέτην nominamus. Utrùm enim esse ipsius, et sicut ignis calefacere, infrigidare autem nihil, et aliorum aliud opus, sic utique et hujus mala generare et omnia quibuscunque vicinaverit, malitiâ inficere? Aut quodquidem natura ipsius semper bonum; operationibus

autem, hoc quidem sic, hoc autem aliter habet secundùm eumdem ordinem, alius aliam præjacens vitam? Si quidem igitur hæc malefica dicatur, non quià irrationalem animam; sed et hâc meliorem, et à qua sit bonum maleficam dicendum. Etenim huic transmutatio habitûs existit ad melius et deterius. Si autem sicut quidam aiunt essentia et per se, undè esse hoc ipsius æstimabimus? Ergò aliundè quàm ex conditivâ causâ et ex iis qui in mundo Diis? Et quomodò enim non ex iis à quibus mortalis vitæ species exoritur? Sed si ex iis, quomodò secundùm substantiam malum? bona enim omnia et quæ horum ἔγκονα, et totaliter omne malum extrà substantiam et non substantia. Substantiæ quidem enim contrarium nihil. Malo autem contrarium est bonum. Substantia quidem entis est imago: ens autem locatum est in bono et generat omnia secundùm bonum, et nihil indè malum. Si autem κακεργέτην nominat talem animam Atheniensis Xenus propter eam quæ in potentiis ipsius et operationibus malitiam; neque hanc semper permanentem, sed, quod aliquandò dictum est à me, et hâc boniformi aliqualiter factâ et operationes suî ipsius superiori animæ coaptante, quid mirum? Hæc quidem enim seipsam nata est salvare; hæc autem

inconvertibilis est ad se ipsam : et huic quidem malignare à se ipsâ existit boniformi factæ mensura et ratio; huic autem aliundè; quoniàm et corpori et omnibus ab altero mobilibus et τὸ esse et τὸ benè esse propter aliud et velut extrinsecùs. Inconveniens autem et in totum, ut est dicere, malorum causam facere talem animam. Neque enim corpori omnium causa eorum quæ in ipso malorum, neque meliori animæ. Etenim huic malum et debilitas propter ipsum, quoniàm et descendenti quidem ipsi cooritur mortalis species vitæ; debilitas autem et antè sortiri generatione. Non enim aliter qui indè causas quàm debilitate, et per impotentem esse ad speculationem. Neque enim potentibus simùl et volentibus nobis in intellectuali locari, fuga et inordinatio speculationis entis existit; neque potentibus totaliter per non velle, neque videre quæ in superiori loco. Etenim distantes affectant quidem id quòd sursùm omnes; impotentes autem submersæ circumferuntur, ait ille. Relinquitur ergò quod debilitatis solùm. Namque animæ oculi perseverare ad verum ipsum et eam quæ ibi claritatem aspicientes, impotentes sunt. Multò ergò priùs in animabus malum et non ex secundâ vitâ. Sed qualiter quidem in hâc malum et quare κακεργέτην

vocavit ipsam Plato dictum est ad præsentia sufficienter. Nàm immensuratum ipsius et indeterminatum contrariatur mensuræ et terminis iis qui ex ratione; et neque privata est solùm ipsis, neque desiderat adeptionem illorum. Si quis itaque ad hæc aspiciet, maleficam ipsam et contrariam rationi vocabit, non tanquàm sortientem naturam talem, sed tanquàm et sic repentem et ad melius trahi à se ipsâ potentem.

4. Sed si non hæc malorum causæ, quid utique nos ipsi generationis horum causam ponemus? Unam quidem itaque secundùm se malorum causam nullatenus ponendum. Si enim bonorum causa unum; malorum multa et non unum: si bona quidem omnia commensurata invicem et similia et amica, mala autem totum contrarium neque invicem, neque bonis σύμμετρα. Si itaque similium quidem invicem unam causam præcedere; dissimilium autem multitudinem. Quæ enim ex unâ causâ omnia amica sunt compatientia et compellantia invicem; hæc quidem magis, hæc autem minùs sunt, multas et non unam malorum causam ponentibus; alias quidem animabus, alias autem corporibus; ex iis, et in iis malum speculandum. Quod mihi videtur et qui in Politiâ Socrates insinuans: quoniàm divinum

non causas negavit horum dicere; malorum autem alias quasdam oportet quærere causas. Etenim ut multas has et indeterminatas et ut singulares per hæc significant; qualis enim monas, aut qualis trias, aut quæ æterna ratio malorum, quibus τὸ esse per dissimilitudinem est et indeterminationem usque ad individua naturâ. Totum autem ubique malitiâ expers. Factivæ quidem quidem igitur malorum causæ eæ et tales quædam sunt animæ et quæcunque specierum circà materiam. Eæ quidem enim ducunt ipsas ad malum; eæ autem invicem adversantes dant ei quod præter naturam locum in generatione : quod enim aliis secundùm naturam, aliis præter naturam. Exemplum autem et horum si vis sit tibi ἄθεον illud et tenebrosum quod et in Theæteto Socrates ostendit, malitiæ specie ipsâ mortalem naturam ex necessitate circumambiens. Assimilitæ enim animæ entibus malis eâ quæ ad melius assimilatione transmutant horum vitam. Etenim bonorum quidem exemplaria anima aspicit, ad se ipsam conversa, et quæ se ipsâ meliora, apud quæ quæ primè bona, et entium summitates in casto fundamento et ipsæ separatim locatæ; malorum autem rursùm, ad ea quæ extrà seipsam respiciens, et quæ post se ipsam et quæcunque

singularia et extrà se ipsam inordinata et indeterminata et fluctuosa suî ipsorum naturâ, quæ et expertia bonorum, et quibus nutritur animæ oculus et rigatur et vivit suî ipsius vitâ. Neque igitur factivæ malorum rationes et potentiæ, sed impotentia et debilitas et similium commensurata communio et mixtio. Neque rursùm exemplaria immobilia quædam et semper eodem modo habentia, sed infinita et indeterminata et in aliis delata et iis infinitis. Quod autem hujus gratiâ, omnium minimè ponendum in iis. Non enim utique congruet finem esse malorum bonum : sed quoniàm animæ omniquaque bonum venantes et hujus gratiâ omnia facientes et mala agunt : sic utique quis fortè putabit et malorum finem esse bonum. Hujus ergò boni gratiâ omnia, et quæcunque bona et quæcunque contraria. Etenim hæc ignorantiâ suî ipsorum naturæ agimus bonum desiderantes, et fortè utique benè habebit, neque faciens principale poni malum, neque exemplar secundùm naturam, neque suì ipsius gratiâ secundùm se. Etenim species et natura ipsorum defectus est, et indeterminatio, et privatio, et hypostaseos modus; qui utique, ut dicere consueverunt, παρυπόςασι magis assimilatur. Undè utique et involuntarium esse malum sæpè dictum est. Et

quomodò enim utique voluntarium erit, boni factum gratiâ, secundùm se autem quod est neque desiderabile neque volitum nulli entium? Sed hæc quidem aliis. Quod autem malum in animabus quidem propter debilitatem nascitur et propter deterioris victoriam; exorbitat enim equus malitiâ participans, ait ille, ad terram repens et gravans; in corporibus autem, propter dissimilium permixtionem, speciei dico et informis, et iterùm contrariarum rationum, per hæc palàm.

Quis autem modus et qualiter subsistit malum ex iis causisque et non causis entibus consequenter nobis dicendum dictam παρυπόστασιν hìc ponentibus. Non enim est aliter subsistere. Quod enim ex principali causâ factum est qualitercunque, neque indeterminatum finem et ad τὸ cujus gratiâ relationem habens, neque secundùm se eum qui in esse progressum sortiens, opportunè ipsum principaliter substans et quodcunque ex causâ fieri secundùm naturam. Omni enim impossibile sine causâ generationem habere et ad aliquem finem ordinem generationis ipsius referre. Utrùm igitur malum ponendum, aut aliquibus est secundùm accidens et propter aliud et non ex principio primo, quoniam et agimus omnia et secundùm nosipsos

operamur, boni participationis gratiâ et ad illud respicientes et velut parientes ipsum et semper desiderantes; et quòd fit sic quidem rectè, sic autem non rectè. Quià quidem enim τὸ non bonum æstimamus non rectè, quià autem bonum adipisci appetentes agimus, rectè, et quià universale quidem, rectè, particulare autem, contrariùm. Aliud ergò quod desiderabile nobis, et aliud quod fit et cujus adeptio. Et hoc quidem boni natura; hoc autem contrarium illi. Igitur generatione contrarii præsente, si contrarium et qualitercunque fiat, propter debilitatem facientis, et propter incommensurationem ad id quod fit. Subsistere magis utique quàm παρυφίςασθαι id est juxtà subsistere ei quod fit dicentes, rectè dicemus utique aut subsistere quidem eorum, quæ ex principio in finem progredientium erant, παρυφίςασθαι autem eorum quæ neque ex principio secundùm naturam apparent, neque indeterminatum aliud consummativum. Malorum autem generationes neque principalem acceperunt ejus quod est facere ipsa dictum, causam; neque enim natura ejus quod præter naturam, neque ratio eorum quæ præter rationem fiunt, causa, neque in finem pertingunt, et τὸ cujus gratiâ omne quod fit natum est. Παρυπόςασιν ergò talem generationem

dicendum imperfectam et ἄσκοπον id est non intentam et non causatam aliqualiter entem et indeterminatam. Neque enim causa ipsius una, neque quæ et causa est secundùm se et principaliter causa ad malum ipsum et mali naturam aspiciens facit; neque quæ neque secundùm se, neque principaliter causa. Totum autem contrarium; boni enim gratiâ omne quod fit, fit; malum autem extrinsecùs et super adventitium. Adeptio convenientis unicuique finis; inadeptio autem propter facientis debilitatem; hoc autem quià naturam accepit talem, quâ hoc quidem deterius, hoc autem melius et hoc diversum ab invicem. Ubi enim τὸ unum, simùl et bonum; malum autem in naturâ divisâ et non unum. Incommensuratio enim et inharmonizatio et contrarietas in multitudine; ex iis autem debilitas et τὸ indigens, quoniam et in Diis τὸ volatile simul et equorum utrumque. Sed ibi quidem bona omnia et ex bonis et non ex contrariis; quæ autem aliorum mixta sunt et multitudo his et potentiarum diversitas aliis ad alia tractum facientibus. Ibi quidem igitur multitudo ad unum respicit et secundùm unam speciem vitæ determinata est. Ubi autem multitudo et diversitas eluxit, propter submissionem unionis indigentia potentiæ hìc. Omnis enim po-

tentia uno et ex uno est quod est, et inharmonizatio et dissidentia alterius ad aliud delati appetitibus. Qualiter quidem igitur habent malorum generationes dictum est, et quæ vocata παρυπόςασις et undè.

5. Ipsum autem malum quid quidem sit jàm dicendum. Videbitur autem utique omnium difficillimum esse nosse secundùm se ipsam mali naturam; si quidem omnis cognitio speciei est attactus et species. Malum autem sine specie et velut privatio. Forsitan autem utique fiet et hoc manifestum, si ad bonum ipsum et bonorum naturam aspicientes, sic utique malum quid quidem sit speculabimur. Ut enim τὸ primè bonum ultrà omnia, sic malum ipsum omnium expers bonorum : dico autem quidem quà malum et defectus illorum et privatio. Bonum igitur quatenus et qualiter subsistit, et quos habet ordines, in aliis dictum est; malum autem, si boni omninò est quà malum privatio, ut quidem malum, est expers fontis bonorum; ut autem infinitum, primi finis; ut autem debilitas, ejus qui ibi potentiæ; ut autem incommensuratio et falsum et turpitudo, pulchritudinis videlicet et veritatis et mensuræ per quam et τὸ mixtum, et in quibus entium unitates; ut autem illocabile ipsum naturâ et instabile, manentis æterni in uno, et potentiæ illius;

ut autem privatio et ἀζωΐα id est invitalitas primæ specierum monadis, et ejus quæ ibi vitæ; si autem et corruptivum est et divisivum quibuscunque affuerit, et imperfectum, perfectivæ totorum bonitatis. Nàm corruptivum quidem ab ente ducit ad non ens; divisivum autem continuitatem et unionem entis perimit; imperfectum autem suam perfectionem excludit et dispositionem quæ secundùm naturam singulis. Adhùc igitur τὸ indeterminatum quidem naturæ mali, defectus est et peccatum unialis summitatis; τὸ ἄγονον id est infecundum, (*) genimæ; τὸ otiosum autem, conditivæ. Exclusio enim et debilitas et indeterminatio bonorum horum ; privatio monadicæ causæ dico et generativæ potentiæ et efficacis factionis. Si autem et dissimilitudinis est et partitionis et inordinationis causa , palàm quòd et sic ab assimilativis bonis deficere ipsum et ab impartibilili Providentiâ partitorum et ab eo qui impartitis ordine necessarium. Si autem non usque ad hæc bonum ; sed est immaculatum ibi genus et efficax et μεγαλουργὸν, id est magna faciens , inefficax utique erit malum et tenebrosum et materiale. Aut undè ipsi horumque et talium unumquodque, si

(*) Sic quidem cod. pro *genitivæ*, id est fecundæ à γενικὸς seu γενναῖος.

non bonorum illorum privationibus ? Ibi enim bona primè, quorum et quod in nobis bonum pars et imago est; cujus malum privatio. Quare et illorum aliquibus bonum assimilari dicimus. Et quid oportet dicere quandò et quod in corporibus malum non ejus quod in ipsis solùm boni privatio, sed ejus quod antè hoc in animabus est ? Etenim quod in corporibus est bonum, est animarum boni imago corrupta. Ergò et speciei privatio non alterius alicujus decidentia quàm intellectualis utique erit potentiæ; quoniam et species est ἔκγονον intellectûs, et τὸ substantiæ factivum intellectuale utique secundùm substantiam est. Sed quòd quidem malum omniquaque tale privatio bonorum et defectus, dictum est.

Undè autem ipsi secundùm ipsius naturam enti tali, sicut diximus, quæ ad bonum contrarietas dicamus. Est quidem enim et hoc privatio, sed non perfecta privatio. Habitui igitur suî ipsius coexistens cujus est privatio, illum quidem debilem facit ipsius præsentiâ : ipse autem assumit potentiam et speciem ab illo; undè utique et specierum quidem privationes, perfectè entes privationes, absentiæ solùm sunt habituum, non adversantes ad ipsos; quæ autem bonorum, adversantur ad suî ipsarum habitus et contrariæ sunt aliqualiter illis. Non

enim sunt impotentes omninò et inefficaces coexistentes illarum potentiis , et velut in speciem et operationem ductæ ab illis ; quod et Plato sciens, injustitiam ipsam secundùm se et debilem et inactivam esse ait; justitiæ autem præsentiâ et potentiam habere et ad agere duci non manentem in suî ipsius naturâ, neque in ἀζωΐᾳ privatione solùm, quoniàm et præjacens ipsum vitale ens dat et malo vitæ participationem. Vita autem omnis potentia secundùm se , in potentiâ autem alienâ factum malum contrarium est bono, suî ipsius potentiâ ad adversari utens; et magis quidem potentiâ inexistente majores operationes et opera mali ; minùs autem, minores. Jàm et in corporibus naturæ potentiis simul et quæ in ipsis desinit præter naturam operatio, et hæc eo quod præter naturam tunc magis ente soluto omniquâque ordine. Quarè et in animabus majora quidem à minori malitiâ, minora autem à majori operâ. Solificata enim à contrario, secundùm turpe quidem ipsius et informe augetur; secundùm virtutem autem et operationem minorata debilis simul et inefficax est. Non enim ab ipsâ potentiâ, ut utique et augmentatâ etiam potentiâ ad majus transitio esset, sed ex præsentiâ contrarii ; puta si et caliditatis potentiâ utatur ad suî ipsius

opus frigiditas, vincens et subjacens illius potentiam. Deficiente igitur contrariâ naturâ et eo quod magis defectu ad privationem habet τὸ magis; eâ autem quæ virtutis submissione ad facere est debilior, malum quidem est magis, agit autem minus. Si itàque hæc rectè dicimus neque agere malum, neque posse dicendum: sed et agere ipsi et posse à contrario. Etenim bonum debile et inefficax propter mixturam mali fit, et malum virtutem et operationem transortitur propter boni præsentiam, in uno enim ambo. Et sicut in corporibus materialibus fit contrarium contrario, et τὸ secundùm naturam fortificat τὸ præter naturam. Aut undè sibi mensura et periodi et ordo periodorum quàm ex naturalibus numeris, et ex eâ quæ secundùm naturam dispositione? Quod autem præter naturam debilitat quod secundùm naturam, latitante naturâ ad facere, et ordine in quò τὸ benè soluto; sic utique et in animabus malum vincens bonum, utitur illius potentiâ ad suum, scilicet eâ quæ rationis, et inventionibus ad concupiscentias? Et tradunt invicem ex suî ipsorum naturâ; hoc quidem de potentiâ, hic autem de debilitate. Quoniam et secundùm se malum neque agere natum est neque posse. Omnis enim potentia bonum; et omnis operatio extensio potentiæ est.

6. Et quomodo enim utique adhuc potentia

esset ens malum ponentibus ipsam, si omnis potentiæ opus salvare ipsam et in quo est; malum autem dissipat unumquodque cujus est malum. Est ergò malum inefficax et impotens secundùm se, si autem et involuntarium est ut ait ille, et involitum erit utique, et sic primissimæ trinitatis boni privatio, voluntatis, potentiæ, operationis. Bonum quidem enim et volitum est et potens et efficax secundùm ipsius naturam : malum autem involitum et debile et inefficax. Neque enim volitum nulli quod uniuscujusque corruptivum; neque potentiæ corrumpere potens ipsa; neque operationis τὸ non secundùm potentiam habere hypostasim ipsius : sed sicut mala appetunt apparentia ipsis bona, et est malum iis apparens volitum propter mixturam boni talem dicimus. Sic utique et potentia in malo et factio est apparenter; quià non secundùm se neque quà malum, sed extrinsecùs, cui et παρυφέστηκε id est juxtà existit et ad quod dicitur malum. Hoc ergò mihi videtur et qui in Theæteto Socrates ostendens potentibus aliqualiter assequi ipsa, neque privationem neque contrarium bono malum dicere. Neque enim privatio facere aliquid potens aut totaliter potens : neque contrarium quod secundùm se, neque potentiam neque operationem habet; sed sic aliqualiter subcontrarium ipsum

nominare quod secundùm se quidem est privatio; quià autem non omninò perfecta est privatio, sed similiter cum habitu transumens de potentiâ indè et de operari, in contrariationis partem constituitur; et neque privatio est perfecta, neque contrarium, sed subcontrarium bono, parhypostasi aut veritate significante non otiosè audire ipsam consuetis. Quod quidem igitur est malum, et quam naturam accepit et qualiter est et undè, per hæc palàm.

7. Quot autem ipsius differentiæ et quæ, post hæc dicendum. Dictum est quidem igitur et priùs quòd malum aliud quidem est in animabus, aliud autem in corporibus; et quòd in animabus dupliciter: hoc quidem in irrationali specie vitæ, hoc autem in ratione factum. Dicitur autem et nunc quòd tria hæc sunt in quibus malum, anima particularis, et animæ idolum et corpus singularium ens. Si igitur ei quidem quæ sursùm animæ bonum secundùm intellectum; (ante ipsam enim intellectus) et irrationali secundùm rationem; (unicuique enim ex proximè meliori τὸ benè) corpori autem rursum τὸ secundùm naturam; (principium hoc motûs et quietis ipsi) necessariè utique malum, huic quidem præter intellectum, ut τὸ secundùm intellectum subcontrarium esse; huic autem præter rationem, cui

τὸ benè secundùm rationem; huic autem præter naturam erit (*) : et tres hæ malorum species inexistent tribus naturis debilitari potentibus propter submissionem in partiale (**) substantiæ. Tota quidem enim, sicut dictum est sæpè, habent τὸ bonum quod ipsorum, semper; malum autem hìc, dico autem in singularibus et individuis, in quibus utique et potentiæ defectus propter submissionem ipsius esse, et divisionis adhibitio, unione attenuatâ. Totaliter autem malum aliud quidem quod in animabus, aliud autem quod in corporibus; et horum quod in animabus duplex: hoc quidem ægritudo, hoc autem turpitudo, ut alicubi ait Eleates Xenus. Est autem turpitudo quidem ignorantia et intellectûs privatio: ægritudo autem rursùm dissidio in animâ et ejus quæ secundùm vitæ rationem defectu. Tripliciter utique erit et sic malum; sed et horum unumquodque duplex. Etenim turpitudo aliter quidem est circà διάνοιαν id est ratiocinationem; alia autem circà opinionem; (quoniàm et cognitio altera) et alicubi quidem scientiæ, alicubi autem artis indigentiâ. Turpe autem et ægritudo aliter quidem in cognitionibus, aliter autem in impetibus. Etenim

(*) Cod. habet *erat :* et tres *has* malorum species *inexistens.*

(**) Cod. *impartiale.* Vid. annot.

appetitus non secundùm rationem; et sensuum autem multi et phantasiæ præcipites, quibusquidem vita in actione, appetitibus contrariantibus, quibus autem in speculationibus, phantasiâ præterincidente et purum ipsarum et immateriale auferente. Et τὸ præter naturam autem duplex. Etenim turpitudo quæ in corpore præter naturam. Speciei enim est et hoc debilitas et defectus et ægritudo ejus, eo qui in ipso ordine et commensuratione solutâ.

Malum quidem igitur tot modis dividendum; quoniàm et mensuræ entium in tribus iis sunt principiis, naturâ, animâ, intellectu; et τὸ immensuratum, aut earum quæ in naturâ rationum privatio est, aut earum quæ in animâ, aut earum quæ in intellectu et ab intellectu generatarum. Etenim ornans singula melius est ornantis primè. Dico autem primè τὸ ornantium unumquodque; tale autem in corporibus quidem, natura; in irrationalibus autem speciebus vitæ, ratio; in rationalibus autem quod antè ipsas; bonum. Idolis autem aut propter eam quæ sursùm animam. Quæcunque autem et ex animâ dependent tali, aut propter id quod extrinsecùs principium, à quo bonum iis quibus providetur. Corporibus autem, iis quidem ex particulari, iis autem ex totâ animâ.

Dubitabit autem utique aliquis qualiter et undè mala, Providentiâ ente? Sive enim est malum; qualiter Providentia ad bonum nunc instabit? Sive Providentiâ plenum universum, qualiter in entibus malum? Quidam quidem igitur alteri rationum cesserunt, huic quidem quòd non omnia ex Providentiâ si malum, et quòd non est si omnia ex Providentiâ et bono. Etenim hoc movet animam forsan aut utique alicui apparebit et qua non adversantur: et primùm quod in animabus malum. Hoc secundùm se et impermixtum erat ad contrarium, expers illius penitùs ens, et obscurissimum et nihil aliud quam tenebra. Forsitan autem Providentiæ operibus impedimentum erat, à quâ omnia bona, frivolum autem nihil : si autem sicut deindè et est sæpè malum, hoc et bonum est et non permixtè malum, neque αὐτὸ malum. Sed sic quidem malum; simpliciter autem non malum, neque malo esse propter boni participationem ipsi penitùs intermedium, neque τὸ et usque ad hoc omnia bona et esse et fieri propter eam quæ in ipso malitiam. Totaliter enim non idem omniumque causam dicere Deum, et solam causam omnium ; sed hoc quidem verum; hoc autem non. Etenim intellectus causa eorum quæ post ipsum, et anima eorum quæ consequenter; et natura

corporum et quæcunque in corporibus, et horum unumquodque, hoc quidem aliter, hoc autem aliter facit; hoc quidem primè et unialiter, hoc autem æternaliter; hoc autem per se motivè, hoc autem per necessitatem. Et neque quod intellectualiter ei quod antè ipsum idem, neque secundo quà secundum. Si igitur ex Providentiâ omnia, et nullum omnium malum secundùm quòd ex Providentiâ est et fit, quid mirum si malum habebit locum in entibus secundùm quòd ex animâ? Et idem malum quidem erit singularibus, totis autem bonum. Magis autem et singularibus secundùm quod quidem ab ipsis malum. Non enim operatio solum ex Providentiâ, sed et operans habet τὸ benè. Qualiter igitur bonum in iis, dico autem iis quæ in animâ malis. Sic enim utique et Providentia τo credibile habebit, neque horum nullum sinens expers se ipsâ. Duplicia igitur et hoc ponendum; hæc quidem intùs, et ipsius animæ entia ad ipsam, puta quæcunque in phantasiis inconvenientibus aut consensibus malis, aut electionibus aliter turpibus; hæc autem extrà, et in actionibus variis, aut secundùm iram aut secundùm concupiscentiam factis.

8. Talia quidem igitur omnia bonum habent multipliciter. Etenim ad aliorum vindictam fac-

ta sunt, et secundùm dignitatem actio; et non idem agentem malè in quodcunque agere, aut ad indigens pati. Hæc igitur et patienti omninò bona et facienti secundùm quòd assequitur totis; quà autem ut à se ipso, et non assequens facit malum, et inconvenientem suî ipsius et non magnum conceptum animæ explevit; hoc autem principium salvationis patienti. Multis enim malum meditatum quidem et intrà animam manens occultatur et bonificatur ut turpe et inconveniens; actum autem quale est evidens fit. Manifestant autem pœnitentiæ et animæ conscientiæ, velut ipsâ exprobrante sibi ipsi actum. Quoniàm et medicorum artes ulcerum aperturis ad evidens ducentes passionem et intùs occultatam causam facientem ægritudinem, imaginem exhibent Providentiæ operum, et factionibus turpibus et passionibus admiscentis (*), ut utique immutata ab eo qui in ipsis conceptu, et sub causato et inflato malis habitu principium periodi et vitæ sumant melioris. Quæcunque autem intùs sunt passiones ipsius, ipsum malignantis bonum habent, secundùm quod semper ad proprium ducunt animam. Non enim est eligentem deteriora manere in melioribus, sed ad tenebrosum mox fertur et turpe. Et non

(*) *Admittentis*, Fab.

actiones solùm, sed et sine iis animæ electiones habent in ipsis δίκην. Omnis enim electio ducit ipsam ad simile. Si igitur aliquid deterius et turpe et ἄθεον in animâ genus, ad congeneum transferre ipsam habet bonum mox in ipsâ et eam quæ ex Providentiâ dignitatem, et ista quæ in animabus lex ducens unamquamque ad suum : hoc quidem enim præscit vitam, hoc autem copulat similibus ipsam ; hoc autem ei quod secundùm dignitatem idem, hoc autem ei quod secundùm differentiam ; hoc autem ei quod ex Providentiâ ; hoc autem bono. Si quidem enim et injuriantibus ipsis competeret in sursùm manere, quod neque dicere fas, nullatenus utique ipsis electio haberet τὸ benè ; solummodò autem ens malum ἄθεὸν utique esset omniquaque et injusta. Si autem mox eligentem removet à melioribus, habet τὸ bonum ac malo commixtum. Omnis enim anima secundùm naturam appetit τὸ sursùm. Cadentibus ipsis igitur turpe appeteret ejus quæ in ipsis vitæ ; cadere autem necesse omne cui operari non secundùm intellectum ; et si iis quidem magis, iis autem minus casus ; quoniam et electio aliter aliis.

Sed qualiter in corporibus malum simul et bonum est, aut et hoc toti quidem secundùm rationem, parti autem præter naturam. Magis

autem et huic, secundùm quòd ad omne facit, secundùm naturam; secundùm quòd autem partitum est, indè præter naturam. Quoniam autem et quod in corporibus malum duplex; hoc quidem ut turpitudo, hoc autem ut ægritudo, voco autem turpitudines omnia quæcunque non ægritudines præter naturam entis. Etenim monstra naturæ sunt turpitudines. Et horum, hoc quidem turpe secundùm naturam totam, quia et in hoc ratio et species est; in particulari quidem enim naturâ ratio una; et quod præter hanc huic præter naturam. In totâ autem omnes rationes et species omnes naturaliter, et quandòque quidem ex unâ specie quod generatur unum; (homo enim hominem generat principalius dicere); quandòque autem ex uno multa; (etenim figuræ ratio una sed et idem multa) quandòque autem ex multis unum; (quales utique specierum quæ circà materiam mixtiones quæ et monstra videntur esse ad individuam naturam amantem obtinere unâ specie, et subsistentem secundùm unam) Quandòque autem ex multis multa. (etenim æqualitas et inæqualitas in multis.) Omnes igitur species secundùm naturam, et quæ impermixta et quæcunque mixta et ex iis quæ in naturâ rationibus ibi omnibus entibus. Ægritudo autem aliis se-

cundùm naturam, quia horum unumquodque genitum est hoc quod dicitur dupliciter et particulari naturæ et toti. Corruptibile autem secundùm naturam quidem totam, præter naturam autem particularem; in quâ enim transmutatur quod corrumpitur speciem habet rationem ex totâ contrariam ei quæ hujus naturæ et non ab ipsâ habentem speciem sicut ex illâ. Quæ quidem igitur indè transmutatio secundùm naturam hæc contrà quidem corrumpit, iis autem exhibet generationem; quæ autem una ratio in transmutatione præter naturam. Ut quidem enim tota præter naturam; (totum enim unumquodque secundùm eam quæ in ipso rationem) ut autem totius particulæ secundùm naturam; sic enim et factum est ex alio corruptio et corrumpitur iterum in alterius generationem.

9. Non ergò quod in corporibus malum impermixtim est malum; sed his quidem malum, et secundùm quod ex Providentiâ naturale; totaliter autem et quibus generatio propter bonum. Quomodò hoc dicet aliquis utique omniquaque bonum recusare et boni naturæ expertia manere? Neque enim possibile est esse malum, non contrarium phantasiatum ut bonum; quoniam boni gratiâ omnia et ipsum malum. Sed (*)

(*) Suple *si*.

omnia gratiâ boni, divinum incausativum malorum; nusquàm enim malum, qua malum, indè, sed ex aliis causis et quibus generare non secundùm potentiam, sed propter debilitatem existere dictum est. Propter quod mihi videtur Plato circà regem omnium omnia ponens et illius gratiâ omnia, et quæcunque non bona, phantasiata enim ut bona, et hæc entium sunt similiter bonorum, omnium causam illud appellare et non semel omnium, (neque enim malorum, sed et horum incausativum) et omnis entis causam; etenim horum tanquam entium et qua bonum unumquodque. Si itaque hæc recte dicimus et omnia utique ex Providentiâ erunt, et malum habet locum in entibus: quare et faciunt Dii malum, sed tanquàm bonum et cognoscunt ut omnium unialem habentes cognitionem, impartibiliter quidem partibilium, boniformiter autem malorum, unialiter autem multitudinis. Alia enim animæ cognitio et alia intellectualis naturæ, alia deorum ipsorum: hìc quidem omni *αὐτοκίνητος* id est ex se mobilis; hìc autem æternalis cognitio, hìc autem indicibilis et unialis ipso uno omnia et cognoscens et producens.

FINIS.

INDEX HISTORICUS
AUTORUM ET OPERUM
IN HIS TRIBUS PROCLI OPUSCULIS
MEMORATORUM.

A.

J.

H.

O.

19

P.

S.

T.

INDEX

EORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

PROCLI

PHILOSOPHI PLATONICI

OPERA.



SE VEND A PARIS,

CHEZ
- J.-M. Eberhart, Imp.-Lib., rue du Foin Saint-Jacques, n° 12.
- Levrault frères, Lib., rue des Fossés M. le Prince, n° 33; et *à Strasbourg,* chez les mêmes.
- Treutel et Wurtz, Lib., rue de Bourbon, n° 17; *à Londres* et *à Strasbourg,* même librairie.
- Renouard, Libraire, rue Saint-André-des-Arcs, n° 55.

PROCLI
PHILOSOPHI PLATONICI
OPERA

E CODD. MSS. BIBLIOTH. REG. PARISIENSIS,

TUM PRIMUM EDIDIT,

LECTIONIS VARIETATE, ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

VICTOR COUSIN,

PROFESSOR PHILOSOPHIÆ IN ACADEMIA PARISIENSI.



TOMUS SECUNDUS,

CONTINENS PARTEM DIMIDIAM

COMMENTARII

IN PRIMUM PLATONIS ALCIBIADEM.



PARISIIS,

EXCUDEBAT J.-M. EBERHART.

MDCCCXX.

CAR. LOYSON,

AMICI, POETÆ, PHILOSOPHI,

INGENIOSISSIMI ET INFELICISSIMI,

IN IPSO ÆTATIS LAUDISQUE FLORE

MISERÈ EREPTI,

MANIBUS

SUPREMUM HOC AMICITIÆ PIGNUS

PIÈ DICAT

NEC INTEGRÈ NEC DIÙ SUPERSTES

EDITOR.

PRÆFATIO.

Hìc prodit in lucem pars prior commentarii quod de primo Platonis Alcibiade Proclus condidit, quamquidem breviori interposito tempore pars altera secutura est, ita ut nihil jàm ferè defuerit intelligendo uni ex gravissimis Platonis operibus.

Primus Alcibiades agit de natura humana, de eo nempè undè proficiscitur Philosophia, si quidem unicum scientiæ instrumentum ipse tibi sis, quo scilicet uti nequeas, nisi quanti valeat, quantumque præstet, priùs perspexeris. Illud *Nosce te ipsum*, è Delphico sacrario in philosophorum palæstras ingressum, et Socraticis planè cognitum usuque tractatum, Alexandrini, qui sparsas relligiones, variasque sectarum philosophicarum opiniones in amplum Eclectismi sinum compulerant, inter subliliora ea scientiæ principia, constituerant,

quibus inviolanda auctoritas. Quodquidem ita Alexandrinis et Proclo præsertim in hoc commentario explanatum ac delucidatum est, ut vel post inchoatos à Cartesio, renovatos autem à Kantio et feliciùs exactos de eâdem re labores, non parùm lucis et utilitatis ipsis recentioribus indè sit haudiendum. Hìc enim luculentissimè demonstrabitur, quantùm à verâ philosophandi methodo aberret, qui ab Ontologiâ scientiam auspicatur; nec Ontologiam tamen desperandam esse, cùm, absque ullâ prorsùs hypothesi aut paralogismo, a Psychologiâ ad Ontologiam transeatur, per occultum illum ac certissimum mentis intuitum, qui sub ipsâ personalitate substantiam, sub empirica causa absolutam introspicit. Non quòd temporum locorumque superstitionibus omninò caruerint Alexandrini; at quamvis, dùm Œthnicismum rursùs excitare, illoque philosophiam aut illum philosophiâ fulcire conarentur, scientiam intrà præterita incluserint, omnemque ei in futura prospectum vetuerint; quamvis et in eo quoque peccaverint, ut Philosophiæ visi

sint inserere fabularum commenta et allegorias quæ ad populares religiones, et ad poësim et nascentis ipsius scientiæ ad cunabala erant remittendæ; ego tamen, cui certè Alexandrinos Deos aut Dæmones in honorem restituere nequaquàm placitum, id affirmare non dubitabo, eorum philosophiæ in cortice hærere talia opinionum mendacia; et quemadmodum reprehendendos existimo qui scientiam aut inviti, aut de industriâ, hunc in modum adulteraverint, ità latentes sub his involucris et hoc mysticismi velamine altiores et saniores doctrinas accuratè esse investigandas arbitror.

Verùm ea in hoc Procli commentario præsertim attendenda sunt, quæcumque disseruit de homine, personalitate ac libertate, de nostris, quæ aut ad agendum, aut intelligendum pertinent facultatibus, denique de bono et pulchro. Quidquid enim e nostrûm accuratissimâ observatione de naturâ humanâ colligi potest, hic, nisi perfectum, at certè inchoatum est; non aliter atque in Parmenide repe-

rire est quid homini cum rerum naturâ, quid naturæ et homini cum communi utriusque auctore quid scilicet diverso et toti cum uno intersit, ut gravissimè ad speculationem Ontologicam propositum, ità liberrimè investigatum. Porrò qui, in publicâ doctrinarum mearum expositione, Psychologica præ cæteris sermone usurpare soleo, idem nunc hanc Alexandrinarum opinionum restaurationem ab iis quæ ad hominem spectant auspicatus sum; cùmque id aderit tempus quo ad *transcendentalismum* ipse evehar, et præeunte observationis psychologicæ lumine, tenebras entium penetrabo, tùm demùm in lucem vulgabitur Procli de Platonis Parmenide Commentarium. Illud autem obscurum de obscuro Platonis opere commentarium, et antiquum Græcæ Ægyptiæque sapientiæ monumentum, non sine religioso quodam pavore accedo, haud secùs ac si unum ex vetustissimis templis intuerer, quæ mediis superioris Ægypti solitudinibus semiruta, at etiamnùm immensa occurrunt. Quod si verò tempus

quo nemo fidere potest, et valetudo quæ pejor in dies ingravescit, id mihi concesserint ut magnum illud ac venerandum monumentum ex oblivione eruam, publicisque oculis offeram, tunc forsan de antiquitate, de philosophiâ non nihil meruerim. Hæc interim prior pars commentarii de Alcibiade publiciis judiciis traditur, meorumque discipulorum meditationi commendatur.

Verùm si philosophi multa hìc inventuri sunt, quæ secùm anferant et meditenter, non certè deerunt quæ Græcæ linguæ peritis arrideant, tùm variæ Platonis lectiones quæ plurimæ et sæpe laudabiles ibi occurrunt, tùm voces quædam insolentiores, nec pauca his similia quæ necessariò sufficit codex Græcus quilibet, cùm primùm è pluteis in doctorum familiaritatem venit. Nàm dudùm ille Codex in Bibliothecis Europæ languet ineditus, opemque peritæ et impigræ manûs frustrà reposcit. Hinc tantùm aliquot Orphei versus expressere Richardus Bentleius (1) et

(1) In Epist. ad Mill. p. 3.

Conradus Gesnerus (1), et particulam quamdam Fabricius inseruit suis ad Sextum Empiricum adnotationibus (2). Solum novi Creuzerum qui fragmentum (3) nonità breve *de unione et pulchritudine*, Codice Darmstadino et Leidensi Vossiano usus, typis mandaverit.

Primus extitit in Europâ Marsilius Ficinus qui Procli de Alcibiade commentarium notum fecerit, ex quo plurima quidem fragmenta, Latinè versa, sub hoc titulo, vulgavit: *Proclus in Platonicum Alcibiadem de animâ atque Dæmone;* dignum opus Florentino illo societatis Pla-

(1) In Fragmentis Orphei, p. 407.

(2) Fabric. ad Sext. Empir., p. 397.

(3) Ad calcem libri Plotini *de pulchritudine*, Heydelbergæ, 1814. Nunc autem accipio virum doctissimum mox, ut promiserat, editurum totum Procli codicem, unàque Olympiodori de eodem Platonis Alcibiade commentarium. Quod certè congratulor omnibus veteris philosophiæ amicis, idque unum meis laboribus reposco, ut melioribus prosint, nec sint omninò indigni qui unà cum Creuzeri conspiciantur.

tonicæ præside, qui, quùm proprio marte pugnare, et eâdem quâ paulò post Bruno, Campanella, Pomponazzi, laude inclarescere posset, Platonis famam propriæ famæ præposuit, seque Platonici cultus velut antistitem gessit; qui non meliùs certè de Platone mereri poterat, quàm si Alexandrinos ejus interpretes, Plotinum nempè et Proclum, è tenebris extraheret. In eis enim, quàmvis de hoc à nobis dissentiat Tiedemannus (1), quærenda universa ac vera ratio Platonicarum doctrinarum, quæ in dialogis sparsæ ac temere disjectæ occurrunt. Valdè autem desiderandum quod in Proclo non idem quod in Platone et Plotino præstiterit Marsilius, neque totum de Alcibiade commentarium, pro fragmentis vulgaverit. Quibus tamen in fragmentis magna certè utilitas; quippe quæ, præter philosophici sensûs planam atque perfectam intelligentiam, paucissima quidem philologicè reprehendenda habeant. Neque spero legentibus ingratum fore, quod ea, quæ nusquàm separata reperiantur, et ab anno 1577

(1) Vid. *Argumenta in Platonem.* Præfat.

typis nunquàm iterata sunt, in hâc meâ editione reposuerim.

Primi voluminis in præfatione lectorem admonui, partem quamdam commentarii in Alcibiadem, auctore Antonio Hermanno Gogavâ, Latinè translatam, nec dùm vulgatam, meâ hìc operâ in lucem prodituram; hæc vero, ut promisi, nunc editur. Hujus autem versionis Lambecius (1) hæc prima verba enuntiat: « *Civilium disputationum, et universæ, ut ità dixerim, Philosophicæ contemplationis principium potissimum et firmissimum esse arbitramur, suæ essentiæ cognitionem, suî ipsius discretionem. Hujus quippè fundamento ritè posito*, etc. » Addit et Antonium Hermannum Gogavam fuisse medicum et mathematicum celeberrimum, Graviæ, in Brabantio, natum; sed quo sæculo idem ille vixerit, et undè eum medicum et mathematicum fuisse innotuerit, de his in Lambecio nihil : quod ad codicem, hoc tantum dicit Belgicis litteris scriptum, atque ideò lectu difficillimum. Cujus igitur Codicis

(1) Lambec. Biblioth. Vindobon. T. 7, N° 69.

exemplar unum Vindobonæ chartis mihi describi cùm curâssem, prima quidem verba, qualia in Lambecio, reperi; sed valdè miratus sum versionem esse non dimidiæ partis ipsius commentarii, de quo nihil monebat Lambecius. Quarè rescriptis Vindobonam litteris, percunctatus sum utrùm in hoc eodem statu semper fuisset ille codex. At Dom. P. Budick, unus e Bibliothecæ Vindobonensis custodibus, qui codicem summo labore ipse evolvit ac scribæ dictavit, necnon et Dom. Copita summus Bibliothecæ rector, compertum mihi fecerunt nullum unquàm alium in Bibliothecâ extitisse codicem, et illum, qualis nunc est, semper fuisse; quod et ipse perspexit ac recognovit unus ex discipulis meis, Aug. Viguier, qui tunc Vindobonæ versabatur. At ne eum quidem integrum atque omninò sincerum edi passa est litterarum Belgicarum difficultas, minutissimique characteris exiguitas, quæ Dom. Budick sæpiùs fefellit. Quin ipsa in Latinum sermonem translatio tàm servili imitatione ad Græcum composita est, ut barbara prorsùs videatur;

Indè tamen maximum profectum est mihi commodum, scilicet ut ipse, ut ità dicam, oculis obversaretur Græcus codex quo usus est Gogava, quem cum Parisiensibus codicibus exigere in promptu fuit. Latinam versionem omittere sanè potuissem; sed æstimantibus nonnullis assensi aliquid in hâc vulgandâ commodi esse posse, cùm paulisper indè Hermannus iste Gogava notisceret. Desideranda igitur supplevi, nativam barbariem haud delevi, sed aliquantisper emendavi, Gogavamque cum Proclo edidi.

Quæ, qualis hìc prodit, Latina versio intellectu haud difficillima, et multis Gogavæ erroribus expurgata est. Quoties verò aliquid mutandum emendandumque censui, non legentes fastidiosè admonui, sed tùm demùm, cùm aliquid dubii intercederet, aut probabilis esset Gogavæ interpretatio. Neque hìc unquàm omisi ut aut Gogavæ verba, quæ a textu detrahebam, aut ea quæ ipsis codicis verbis sufficiebam, ad imam paginam reponerem. Denique, meum esse profiteor quidquid in philosophici

sensûs interpretatione delinqui potuit, Gogavæ autem fœdam sermonis obscuritatem ac continuam barbariem remitto.

Quæ ad Parisienses codices attinent, in Philologicis commentariis ea tractabuntur. Catalogo quidem tres inscripti erant; sed unius ex iis cùm una tantùm pagina supersit, nihil indè ad textum constituendum auxilii mihi adfuit. E duobus autem reliquis Codicibus, Cod. 1837, mihique designatus A, recentissimus, nitidè sed pravè exaratus est et simul cum ipsâ Gogavæ versione deficit, p. 194, hujus voluminis. Unus igitur Cod. 217, quem B vocavi, in reliquum commentarium super erat, qui, licet recentior, sat bonæ notæ quidem est, et diligenter scriptus, eòdemque Platonici dialogi progreditur quò omnes aliarum Europæ Bibliotecarum Codices. Verum, quanquàm in parte dimidiâ commentarii, quam nunc in lucem profero, paucis vitiis inficitur, in alterâ quæ tertio volumine continebitur, tot scatet mendis, tot horret lacunis, ut sic in lucem edi omninò nequeat. Rariores quas huc usque offendi lacunulas, malui deformiter

apparerent, quam si inventis propriis malè complerem, existimans meliùs squalere ruinas integras, quam falsò restitutas et repictas nitere, idque sanctissimæ antiquitati deberi, scilicet ut qualia tradiderint anni, illius monumenta religione quâdam servemus. Ergo quod in manus erat, quale habebam, dedi, nec dedisse piget; verùm pigeret, si tertium volumen nimiò pluribus vitiis laboraret, cùm illis facile mederi posset, collatis quibusdam è Bibliothecis Italiæ optimis codicibus, et in adjumentum illustrationemque nostri unius adhibitis. Rursùs igitur patriam relinquo, abeoque Italiam, eâ spe ut indè lætam variarum lectionum messem referam, quâ Bibliothecæ Parisiensis inopia adjuvetur, meaque ditescat editio. Sequenti volumine, vulgabitur quid ex illo itinere collegero.

Scribebam Parisiis, primo die Julii, 1820.

VICT. COUSIN.

PROCLI

IN PRIMUM PLATONIS ALCIBIADEM

COMMENTARIUS.

ARGUMENTUM.

Cum hic Procli liber non sit expositio systematis unius cujus diversæ partes continenti vinculo cohœreant, sed quidam contextus annotationum et disquisitionum de singulis quas primus Platonis Alcibiades continet sententiis locisque difficilioribus, fieri nequaquam potest ut quæ in ipso commentario desiderantur, junctura et series in commentarii argumento inveniantur. Hìc igitur pro consequenti ordine sententiarum inter se arctius conjunctarum ponetur tantùm enumeratio propositionum quæ è medio opere emergunt et eminent.

Operi præmittitur introductio quâ lucidè hæc præcipua explicantur :

Humanæ naturæ cognitionem princi-

pium esse quo innititur omnis speculatio philosophica;

Hunc primum fore Platonis dialogum, et a quo Platonicæ philosophiæ incumbendum, qui eâ de re versetur;

Alcibiadem hunc esse dialogum.

Hìc desserit vir in historiâ interpretum Platonicorum omnique eruditione philosophicâ versatissimus, qualem finem primi Alcibiadis esse arbitrati fuerint omnes qui tali de re ante egerint, hi rhetores, illi dialectici; omnibusque interpretationibus excussis et expensis se profitetur consentire cum divino Iamblicho qui apprimè intellexit quo primus spectaret Alcibiades. Rhetoricis igitur et dialecticis organis cognitioni nostrî posthabitis et subjectis, ritèque definito fine dialogi, quas se dividat in partes Proclus agit, usque reponens qui sit summæ finis.

Tunc aggreditur ipsam dialogi interpretationem, ipsisque primis Platonis vocibus inhæret et eas scrutatur omni ex parte, modò Platonis artem, modò ipsam philo-

sophiam extollens. Hinc indè incidit in quasdam dissertationes de amore, de dæmonibus et in alia quædam, prout fert dialogi vocumque Platonicarum tenor. Ex his omnibus exprimi possunt sequentia.

De amore.

Amor est quiddam quod entia inter se unit, motus entium sese ad alia ferentium, qui medietatis vim in se obtinet et sponte ad supera fertur, catenamque entium alligat causæ superiori quæ est pulchrum ipsum, bonum, unum et amabile.

Causæ primæ, pulchri, boni, unius, amor filius est. Inde venit et hùc se refert, ibi Deos primum collocans et constituens, posteà verò Diis Dæmones Angelosque, et Dæmonibus et Angelis heroes et animas humanas amatoriè connectens.

Vir autem amator is est qui amoris vice fungitur, amatum ad amabile convertit, id est per gradus entium ad supera evehit, medius pulchritudinem inter et amatum quem pulcherrimum efficere cupit et potest. Amator amati quasi providentia est.

Quomodo autem ad meliora aliter tendimus, quàm prava et mala posthabendo? Anima quæ vis est per se agendi, ferre se nequit superiùs, nisi se ab inferioribus segregaverit. Inferiora autem animæ passiones sunt, illam miserè distrahentes, inque materiam deprimentes. Id vero supra animam est, quod purius, quod ab omni materiâ abstractius, quod liberius et magis per se subsistens. Anima igitur quoties in semetipsam se convertit segregando se ab extrinseco, sic intus abstrahit sese, liberior evadit, misceturque intelligibilibus. Amor autem medietas est, quâ conversio fit, nec unum, nec varium, sed uniens uni varium, et trinitatem constituens amoris, fidei et veritatis, fidei quæ cuncta in bono firmat, veritatis quæ omnem in entibus cognitionem explicat; amoris denique quæ convertit omnia congregatque in ipsius pulchri naturam, colligator et conciliator eorum quæ sunt post ipsum, et quæ super ipsum, conversor sequentium in priora, imperfectorum reductor atque perfector.

Id autem ex eo deducitur quod Socrates ex turbâ amatorum, id est a diversitate, Alcibiadem per medium amorem convertat in se, cujus substantia una est.

Verum, quia Socrates, antequam ad Alcibiadem accederet et loqueretur, silens illum circumspexerat, inde quasi silentii theoriam Proclus exprimit, tanquam amatorii, intellectualis et verè divini. Quod autem accedentem Socratem stupet Alcibiades, hinc admirationem Proclus ostendit philosophiæ matrem, jàmque ad majora conversionem. Optaveram autem quod hìc ille magis institisset, et in interiora descendisset actûs illius intellectualis, qui tanti in philosophiâ valet, et in se summa psychologiæ complectitur. Nunc ad theoriam Dæmonum venimus, et ad Dæmonem Socratis.

In Theologiâ Platonis quærenda est expositio systematica Deorum et Dæmonum. Illìc manifestè apparebit quid sub istis superstitionibus et nominum vulgarium involueris Alexandrini intellexerint. Hìc autem paucissima de Dæmonibus proferuntur et quæ tantum ad Socratis dæmonem ducant.

De origine dæmonum hoc invenio, oriundos esse a Deâ vitæ, et indè velut ex fonte fluere, diversasque nancisci vitæ formas.

Quod autem ad munera pertinet, illi serviunt Diis, et vice ministrorum funguntur, medii inter divina et mortalia. Hic est ordo Dæmonicus, hæc provincia, scilicet ut Deorum influxus in inferiora quæque ferant, seu animalia, seu plantas ipsas.

Plures sunt dæmonum ordines, utqui ad diversa applicantur. Primi, proximi Diis, ut illi uniformes sunt, et penè ineffabiles. Secundi, intellectuali quoque proprietate præditi, Deorum mundanorum vim omnibus declarant et tradunt. Tertii, in res jam magis demissi, præsident animarum operibus, illarumque effectiones in minora dirigunt. Quarti naturæ universæ vires naturis particularibus inspirant, vitam, ordinem, rationem. Quinti corporibus ipsis præsunt et circa materiam vires cœlestes retinent, in eisque formam motumque custodiunt.

In commentariis philosophicis ex hoc

loco atque ex aliis pluribus id mihi exprimetur et comprobabitur, nihil aliud, per Dæmones et Angelos, intellexisse Proclum et viros verè Platonicos, præter diversas formas diversosque gradus et quasi munera unius illius et æterni principii a materiâ abstracti, quod in se et esse et vivere et moveri primitus habet, cuncta effinxit applicando se rebus et materiæ, quodque, etsi substantialiter unum, ineffabile et incomprehensibile sit, tum demum patet et intelligitur, cum e penetralibus essentiæ interioris in externa venit, sub specie vitæ universæ, virium efficacium et generantium, eâque præsertim sub specie instinctûs illius qui animas humanas illuminando ad vera, bona, et pulchra movet, qui vocatur Græcè ἐνθουσιασμὸς, et Gallicè *inspiration*. Veniamus ad Socratis dæmonem.

Nulla est forma principii divini in mundum semel demissi, quam non antecellat vis illa quæ in animâ humanâ habitat: ergo animarum magnarum Dæmones ex Dæmo-

num ordine summi et primi, Deique frequenter apparent.

Hanc autem inspirationem Dæmonicam Socrates, non cogitatione, nec solis viribus opinantibus, ut Ficini verbis utar, sed ipso spiritu accipiebat; neque extrinsecus illa incidebat in Socratem, sed ex intimis animam totam commovebat, silens primum, ipsique malè cognita Socrati, donec in vocem erumperet, evaderetque in notitiam.

Dæmon est potentia intima et occulta quæ aliquandò magni viri actiones afflat et parit. Dum verò illa potentia mera est, seque intrà potentiam continet, nec in actionem progreditur, non certè sub sensum, et vix sub intellectum cadit. Potentia illa, quatenus potentia, Deus ipse est, atque, ut loquuntur Platonici, pater est aut in patre habitat; cum verò in actum processit, non jam in patre, sed a patre est et cum patre, et quanquam in materiam se demittat, usque in substantiam patremque, motu quodam interno retrahitur.

Quemadmodùm potentia divina foras exit,

ut rebus benefaciat, et per amorem se materiæ applicet, ita Dæmonica vis magnos viros agit, ut per amorem inferioribus benefaciant, eaque causa est amoris Socratici erga Alcibiadem. Hic amor tantopere a materiali recedit, ut Proclus ne defenderit quidem Socratem a fœdis calumniis.

Innumeras hic possim proferre excelsioris ingenii sententias, quas inter commentandum noster dispargit; quasdam tantum citabo:

Finis actionis liberæ, ipsa actionis libertas est.

Omnis copula unioque rationalis indiget præsentiâ Dei. Quid enim aliud et multa unit et congregat segregata nisi divinitas?

Concludemus citando locum, si quis alius, Platonicum, et cum primo capite Evangelii secundum Joannem mirè congruentem: « intellectus ipse quidem circa nos semper agit, semperque præbet intelligentiæ lumen, atque etiam priusquam in conditionem labamur irrationalem; et quando in pas-

sionibus vitam degimus, et passionibus quandoque sedatis. Non semper autem animadvertimus, sed quando à quam plurimo generationis tumultu purgati sumus, atque tranquilli vivimus; tunc enim intellectus nobis effulget, tunc quasi nobiscum loquitur, tunc suam nobis communicat vocem, antea silentio præsens ».

PROCLI

IN

PLATONIS ALCIBIADEM

PRIMUM.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ

ΕΙΣ

ΤΟΝ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΡΩΤΟΝ ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝ.

ΤΩΝ Πλατωνικῶν διαλόγων καὶ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς φιλοσόφου θεωρίας ἀρχὴν κυριωτάτην καὶ βεβαιοτάτην εἶναι νομίζομεν τὴν τῆς ἑαυτῶν οὐσίας διάγνωσιν· ταύτης γὰρ ὀρθῶς ὑποτεθείσης, καὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ προσῆκον ἡμῖν, καὶ τὸ τούτῳ μαχόμενον κακὸν, πάντως καταμαθεῖν ἀκριβέστερον δυνησόμεθα. Πέφυκε γὰρ ἑκάστῳ τῶν ὄντων, ὥσπερ τὸ εἶναι διάφορον, οὕτω δὴ καὶ ἡ τελειότης, τοῖς μὲν ἄλλη, τοῖς δὲ ἄλλη κατὰ τὴν τῆς οὐσίας ὕφεσιν.

Εἴτε γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐσίας καὶ πρω-

(1) Principium dialogorum Platonicorum totiusque philosophiæ præcipuum atque firmissimum arbitrantur naturæ nostræ cognitionem. Hâc enim rectè cognitâ, bonum quoque consentaneum nobis, malumve dissidens

PROCLI DIADOCHI

IN

PLATONIS PRIMUM ALCIBIADEM.

Dialogorum Platonicorum et universæ, ut ità dixerim, philosophicæ speculationis principium potissimum et firmissimum esse arbitramur essentiæ nostræ cognitionem. Hujus quippe fundamento ritè posito, et bonum accommodatum nobis, atque huic inimicum malum prorsùs perdiscere exactiùs poterimus. Ut enim unicuique rerum sua à naturâ tributa est essentia particularis, ità sanè et perfectio; his quidem alia, aliis verò diversa per ipsius essentiæ diminutionem (1).

Sive enim ab eodem et primo fonte essen-

absolutiùs nosse poterimus. Sic utique naturâ comparatum est, ut quemadmodùm inter se rerum essentiæ differunt, sic et propriæ rerum perfectiones. Marsilius Ficinus.

tia procedit et bonum, quemadmodùm Aristoteles inquit, necesse est, secundùm essentiæ mensuram, etiam id quod intellectuale est perfectionis [1] singulis contingere; sive ab aliâ quidem causâ bonum venit antiquiore et sanctiore, ab aliâ verò essentia, quatenùs res quæque participat ens obscuriùs vel manifestiùs, ità et bonum suscipiet; illa quidem quæ primò sunt, majorem in modum et perfectiorem; quæ autem in mediis constituta sunt, pro suo ordine, inferiùs; ultima verò entium, ultimùm. Etenim quomodò entia, Diis et Providentiâ imperantibus, aliter quàm prò dignitate suâ bonum participarent? Non enim mens in ordinem ducit entia, et mensuram cuique tribuit congruam; bonum verò quod et ipsâ mente antiquius est, largitiones in entia suas et derivationes bonorum sine ordine efficit; et vel diversis secundùm essentiam, verbi gratiâ

[1] Sic Gogava. Vid. Annot.

τίσης πηγῆς τό,τε εἶναι πρόεισι καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἀνάγκη δή που, κατὰ τὰ μέτρα τῆς οὐσίας, καὶ τὸ νοερὸν ἑκάστοις παραγίγνεσθαι τῆς τελειότητος· εἴτε ἀπ' ἄλλης μὲν τὸ ἀγαθὸν αἰτίας ἥκει πρεσβυτέρας καὶ ἁγιωτέρας, ἀπ' ἄλλης δὲ ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶναι τοῖς πράγμασιν, ὡς ἕκαστον μετέχει τοῦ ὄντος ἀμυδρότερον ἢ ἐναργέστερον, οὕτω δή που καὶ τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεται· τὰ μὲν πρώτως ὄντα, μείζονος καὶ τελειοτέρου (*)· τὰ δὲ ἐν μέσοις τεταγμένα, κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν, δευτέρου· τὰ δὲ ἔσχατα τῶν ὄντων, ἐσχάτου. Καὶ πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἔχοι τὰ ὄντα, θεῶν καὶ προνοίας ἡγουμένων, ἢ τὴν κατ' ἀξίαν ἐν τῷ ἀγαθῷ διανομήν; Οὐ γὰρ δὴ νοῦς μὲν εἰς τάξιν ἄγει τὰ ὄντα, καὶ μέτρον ἑκάστῳ τοῦ εἶναι παρέχεται τὸ προσῆκον, τὸ δὲ ἀγαθὸν, ὃ καὶ αὐτὸ πρεσβύτερόν ἐστι τοῦ νοῦ, τὰς ἑαυτοῦ μεταδόσεις εἰς τὰ ὄντα, καὶ τὰς ἐποχετεύσεις τῶν ἀγαθῶν ἀτάκτους ποιεῖται, καὶ ἢ τοῖς διαφόροις κατ' οὐσίαν, λέγω δὲ, οἷον τοῖς αἰτίοις καὶ τοῖς αἰ-

(*) A. μειζόνως καὶ τελειωτέρως. Infrà verò δευτέρου et ἐσχάτου.

τιατοῖς, τῆς αὐτῆς μεταδίδωσιν ἀγαθότητος, ἢ τοῖς αὐτοῖς κατὰ τὸ εἶναι τὰς τῶν ἀρχικωτέρων τε καὶ ἑπομένων διανέμει τελειότητας. Θέμις (*) γὰρ οὔτε ἦν, φησὶν ὁ Τίμαιος, οὔτε ἐςὶ τῷ ἀρίςῳ δρᾶν ἄλλο τι πλὴν τὸ κάλλιςον καὶ συμμετρότατον. Τὸ συμμετρότατον δὲ οὐ τοῖς πρώτως οὖσι καὶ δευτέρως τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν, οὐδὲ τοῖς ὁμοίως οὖσιν ἡ κατ' οὐσίαν ἐξηλλαγμένη (**) τελειότης· ἀλλ', ὥσπερ φησὶν ὁ Ἀθηναῖος ξένος, ἡ τοῖς ἀνίσοις τὰ ἄνισα διανέμουσα ἰσότης, καὶ τοῖς μὲν μείζοσι τὰ μείζω, τοῖς δὲ ἐλάττοσι τὰ ἐλάττω, πασῶν μουσικωτάτη τε καὶ ἀρίςη. Κατὰ ταύτην δὴ οὖν καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἄλλο ἐν ἄλλοις, καὶ τῇ ἑκάςου φύσει σύςοιχον τὸ ἐν αὐτῷ δή που πέφυκεν ἀγαθόν. Διὸ νοῦ μέν ἐςιν ἐν αἰῶνι τὸ τέλειον, ψυχῆς δὲ ἐν χρόνῳ· καὶ ψυχῆς μὲν κατὰ νοῦν τὸ ἀγαθὸν, σώματος δὲ κατὰ φύσιν· καὶ αὖ πάλιν θεῶν μὲν ἄλλη τελειότης, ἀγγέλων δὲ ἄλλη καὶ δαιμόνων, ψυχῶν δὲ ἄλλη μερικῶν· καὶ ὅςις οἴεται τῆς οὐσίας οὔσης ἐν τούτοις διαφερούσης εἶναι τὴν τελειό-

(*) A. θεμιςόν. Forsan θεμιτόν.
(**) B. ἐξήλλακται. Gog. *distincta*

causis et causatis, eamdem bonitatem; vel eisdem secundum essentiam primorum et consequentium perfectiones distribuit. Fas enim, inquit Timæus, nec fuit nec est optimo facere aliud quicquam, quàm optimum et commensuratissimum. Commensuratissimum autem non est primis entibus et secundis idem bonum, neque similibus secundùm essentiam entibus distincta perfectio; sed, ut inquit Atheniensis hospes, inæqualibus inæqualia distribuens æqualitas, majoribus quidem majora, minoribus autem minora, omnium ornatissima et optima. Secundùm hanc igitur bonum, quatenùs bonum, et aliud in aliis et cujusque naturæ consentaneum in se est. Unde mentis quidem est in æternitate perfectio, animæ verò in tempore; et animæ quidem bonum secundùm mentem, corporis verò secundùm naturam, et rursùs Deorum quidem alia perfectio, Angelorum alia et Dæmonum; animarum verò alia humanarum [1], et quisquis putat essentiæ, quæ est in eis, differen-

[1] Gog. *privatarum*. Strictè *divisarum*, id est in corpora lapsarum, jàmque humanarum.

tis, esse perfectionem eamdem, errat à veritate quæ est in entibus, quoniam nullum genus simile, ut inquit Homerus, vel Deorum, vel hominum, vel eorum, quæ consistunt in medio, generum, nec rursùs extremorum utrorumque.

Si quidem hæc rectè accepta sunt, oportet in unoquoque ordine entium essentiam antè perfectionem cognoscere. Non enim sui ipsius est perfectio, sed essentiæ à quâ participatur. Essentia igitur primò contemplanda est (1), utrùm impartibilium est essentiarum, an partibilium circà corpora, an in medio positarum; utrùm etiam æternarum, an secundùm omne tempus subsistentium, an earum quæ in particulâ quâdam temporis fiunt; utrùm etiam simplicium, et antè omnem compositionem existentium, an compositarum quidem, semper autem addictarum indissolubilibus vinculis : an earum quæ resolvi rursùs in ea possunt, ex quibus condita sunt. Si itaque sic consideremus omnia, poterimus et bonum

(1) Perscrutandum est utrùm essentia sit ex earum numero quæ individuæ sunt, vel earum genere quæ circà corpora dividuntur, vel earum quæ in medio collocantur; item utrùm essentia sit æterna, an per omne tempus existens, an in aliquâ temporis parte fiat : rursum utrùm sit simplex, et antè compositionem existens, aut composita quidem, sed insolubilibus vinculis

τητα τὴν αὐτὴν, ἁμαρτάνει τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας, ἐπεὶ

οὔποτε φῦλον ὅμοιον,

ὥς φησιν Ὅμηρος, οὔτε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, οὔτε τῶν μεταξὺ τούτων γενῶν τε αὖ καὶ τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων.

Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς ὑπείληπται, δεῖ δή που καθ᾽ ἑκάστην τάξιν τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν πρὸ τῆς τελειότητος γινώσκειν. Οὐ γὰρ ἑαυτῆς ἐστιν ἡ τελειότης, ἀλλὰ τῆς οὐσίας ὑφ᾽ ἧς μετέχεται. Ταύτην τοίνυν πρώτην θεωρητέον, οἷον, εἰ τῶν ἀμερίστων ἐστὶν οὐσιῶν, ἢ εἰ τῶν μεριστῶν παρὰ (*) τοῖς σώμασιν, ἢ εἰ τῶν ἐν μέσῳ τεταγμένων· καὶ ἢ τῶν αἰωνίων, ἢ τῶν κατὰ πάντα τὸν χρόνον ὑφισταμένων, ἢ τῶν ἐν μορίῳ τινὶ χρόνου γιγνομένων, καὶ ἢ τῶν ἁπλῶν, καὶ πρὸ πάσης συνθέσεως ἱδρυμένων, ἢ τῶν συνθέτων μὲν, ἀεὶ δὲ συντιθεμένων ἐν τοῖς ἀλύτοις δεσμοῖς, ἢ τῶν ἀναλύεσθαι πάλιν εἰς ταῦτα ἐξ ὧν συνετέθησαν (**) δυναμένων. Κἂν οὕτω θεωρῶμεν

(*) A. περί. (**) B. συντέθειται.

sit composita, aut possit vicissim in ea ex quibus componitur, quandòque resolvi. Atque si ità unumquodque

ἕκαστον συνησόμεθα καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτῶν κατανοεῖν, ὁποῖον δὴ (*) τυγχάνει ὄν. Δῆλον γὰρ αὖ ὅτι τῶν μὲν ἀμέριστον τὴν οὐσίαν λαχόντων τὸ ἀγαθὸν αἰώνιόν ἐστι· τῶν δὲ μεριστὴν, καὶ τὸ ἀγαθὸν κατὰ χρόνου καὶ ἐν κινήσει πέφυκε· τῶν δὲ μεταξὺ, κατὰ τὰ μέτρα τῆς ὑποστάσεως καὶ ἡ τελειότης θεωρεῖται, χρόνου μὲν, ἀλλὰ τοῦ πρώτου δεομένη, καὶ τὰς ἀσωμάτους περιόδους δυναμένη καταμετρεῖν· ὥστε καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης καὶ τῆς τοῦ Πλάτωνος πραγματείας ταύτην ἂν ἀρχὴν κυριωτάτην νομίζοιμεν, ὅπερ εἴπομεν, τὴν ἡμῶν αὐτῶν καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον εἴδησιν, ἐν ὅροις ἐπιστημονικοῖς περιγεγραμμένην (**), καὶ τοῖς τῆς αἰτίας λογισμοῖς βεβαίως καταδεθεῖσαν. Καὶ πόθεν γὰρ ἄλλοθεν ἄρχεσθαι προσήκει τῆς ἑαυτῶν καθάρσεως καὶ τελειώσεως, ἢ ὅθεν καὶ ὁ ἐν Δελφοῖς παρεκελεύσατο θεός. Ὡς γὰρ τοῖς εἰς τὸ τῶν Ἐλευσινίων τέμενος εἰσιοῦσιν ἐδηλοῦτο τὸ πρόγραμ-

(*) A. δή τι.
(**) B. γεγραμμένην. Gog. *circumscriptam.*

consideremus, deindè poterimus ejus quoque bonum, quale sit, faciliùs judicare. Constat enim essentiæ prorsùs indivisibilis æternum esse bonum; divisibilis verò

eorum cognoscere, cujusnam modi sit. Constat enim eorum quæ indivisibilem essentiam sunt sortita, bonum sempiternum esse; eorum verò quæ divisibilem, bonum temporaneum et in motu suâpte naturâ versari; mediorum autem, secundùm mensuras substantiæ ipsorum perfectio consideratur, tempore quidem sed primo indigens, et quæ incorporeas periodos possit metiri. Quare et philosophiæ universæ et Platonici negotii hoc initium potissimum putemus quod jàm diximus, nostrî ipsius puram et incorruptam cognitionem, in terminis scientiæ circumscriptam et causæ rationibus firmiter devinctam [1]. Nempè quomodò aliundè exordiri convenit de suî ipsius purgatione et perfectione, quàm undè etiam in Delphis jussit Deus! Ut enim Eleusinium ingredientibus templum, ostendebatur prohibitio : ne in-

[1] Sic Gog. Vid. Annot.

bonum quoque in tempore motuque versari; mediæ denique, secundùm substantiæ ipsius mensuras perfectio quoque perpenditur. Ejusmodi namque perfectio tempore quidem indiget, sed tempore primo, quod sanè incorporeos circuitus possit aptè metiri. *M. F.*

troirent adita non initiati et inexpiati; ità sanè et pro foribus Delphici templi, *cognosce te ipsum*, inscriptum indicabat modum, ut arbitror, ascendendi ad divina, et viæ ad purgationem expeditissimæ, perinde ac si diceret planè intelligere valentibus, quòd qui se noscit ipsum, à vero principio exorsus conjungi potest Deo omnis veritatis interpreti, et duci vitæ purgatricis, et quicunque se ipsum ignorat quisnam sit, non initiatus et prophanus participare Apollinis Providentiam est ineptus. Hoc igitur sit philosophiæ principium et Platonis doctrinæ, cognitio suî ipsius. Convenit enim, ut puto, Apollonis discipulo, ab iis inchoare imperfectorum perfectionem, à quibus et ipse Deus jubet. Quoniam et ipse Socrates, qui cycnorum conservum se dicit [1], et non minùs quàm ipsi à Deo vaticinationem acceperat, philosophiam incepisse hinc dicitur, Pythicæ inscriptioni obtemperans, et ut ipsius Apollinis hoc esse mandatum ratus.

[1] Gog. sicut Cod. A. *Conservus esse dicitur.*

μα, μὴ χωρεῖν εἴσω τῶν ἀδύτων ἀμυήτοις οὖσι καὶ ἀτελέςοις, οὕτω δὴ καὶ πρὸ τοῦ νεὼ τοῦ Δελφικοῦ τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ ἀναγεγραμμένον ἐδήλου τὸν τρόπον, οἶμαι, τῆς ἐπὶ τὸ θεῖον ἀναγωγῆς, καὶ τῆς εἰς κάθαρσιν ὁδοῦ τῆς ἀνυσιμωτάτης· μόνον οὐχὶ λέγον σαφῶς τοῖς ξυνιέναι δυναμένοις, ὡς ὁ μὲν γνοὺς ἑαυτὸν, ἀφ' ἑςίας ἀρξάμενος, συνάπτεσθαι δύναται θεῷ, τῷ τῆς ὅλης ἀληθείας ἐκφαντικῷ, καὶ ἡγεμόνι τῆς καθαρτικῆς ζωῆς· ὁ δὲ ἀγνοῶν ὅστις ἐςι, ἀτέλεςος καὶ ἀμύητος ὢν, μετέχειν τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος προνοίας ἐςὶν ἀνεπιτήδειος. Αὕτη τοίνυν ἔςω καὶ φιλοσοφίας ἀρχὴ καὶ τῆς Πλάτωνος διδασκαλίας, ἡ ἑαυτῶν γνῶσις· προσήκει γὰρ, οἶμαι, τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ὀαριςὴν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄρχεσθαι τῆς τῶν ἀτελῶν τελειώσεως, ἀφ' ὧν καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς παρακελεύεται. Ἐπεὶ καὶ ὁ Σωκράτης ὁ τῶν κύκνων ὁμόδουλος εἶναι λέγων (*), καὶ οὐχ ἧττον αὐτῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν μαντικὴν λαβὼν, ἐντεῦθεν ἄρξασθαι λέγεται τῆς ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁρμῆς, τῷ Πυθικῷ γράμματι περιτυχὼν, καὶ οἷον αὐτοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ταύτην εἶναι τὴν παρακέλευσιν ἡγησάμενος.

(*) A. Ὃς... λέγεται.

Ἐντεῦθεν τοίνυν καὶ ἡμῖν ἀρκτέον ἑπομένοις θεῷ, καὶ ζητητέον ἐν τίνι μάλιϛα τῶν διαλόγων ὁ Πλάτων τοῦτον ἔχει σκοπὸν, τὴν θεωρίαν τῆς οὐσίας ἡμῶν, ἵνα ἐκεῖθεν ποιησώμεθα καὶ τὴν τῶν Πλατωνικῶν συγγραμμάτων πρωτίϛην ἀρχήν. Ἆρ᾽ οὖν ἄλλον τινὰ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν πρὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῆς ἐν τούτῳ παραδεδομένης τοῦ Σωκράτους συνουσίας; καὶ ποῦ φήσομεν οὕτως ἀλλαχοῦ δείκνυσθαι τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἥτις ἐϛι; ποῦ δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐζητῆσθαι καὶ τὴν ἀνθρώπου φύσιν; ποῦ δὲ τὸ γράμμα τὸ Δελφικὸν ὅτι ποτε νοεῖ τελέως βεβασανίσθαι, ἢ πῶς δ᾽ ἂν πρὸ τούτων ἄλλο τι τῶν ὄντων ζητήσαιμεν, εἴτε τῶν ὄντων, εἴτε τῶν γιγνομένων, αὐτοῦ Σωκράτους ἀκούσαντες λέγοντος· ἀλλοῖον δή μοι φαίνεται, ἐμαυτὸν ἀγνοοῦντα τὰ τῶν ἄλλων σκοπεῖν· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐϛὶν ἔγγιον ἡμῶν αὐτῶν. Τὸ τοίνυν ἐγγυτάτω μὴ γινώσκοντας τίς μηχανὴ τὰ ποῤῥώτερον γινώσκειν, καὶ ἃ δι᾽ ἡμῶν γινώσκεσθαι πέφυκεν; Εἰ δὲ δὴ μὴ ταῦτα μόνον ἐννοήσειας ἐν τῷδε τῷ διαλόγῳ πολλῆς τυγχάνοντα διαρθρώ-

Hinc igitur et nobis incipiendum sequentibus Deum, et quærendum in quonam præcipuè dialogorum Plato hoc habeat propositum, speculationem scilicet substantiæ nostræ, ut illinc faciamus Platonicorum scriptorum primum initium. Igitur quem alium ponemus ante Alcibiadem et omne traditum hoc in libro Socratis colloquium? et ubi dicemus ità alibi ostendi essentiam nostram, quænam sit? ubi verò hominem investigari et hominis naturam? ubi demùm scriptum Delphicum quandòque exactè comprobatum esse, vel quomodo ante hæc aliud quodcunque entium quæsivissemus, sive eorum quæ sunt, sive eorum quæ fiunt, ipsum Socratem audientes dicentem : ridiculum sanè mihi videtur, cùm me ipsum nesciam, quæ aliena sunt investigare. Neque enim nobis propinquius est quidquam nobis ipsis. Nescientem igitur præsentissima et proxima, quæ copia esse poterit cognoscendi quæ longius absunt, et quæ per nos tantùm cognosci suâpte possunt naturâ? Si verò non hæc solùm intelligeres in hoc dialogo quæ multùm habent rectæ explicationis,

verum etiam quòd primum hoc Socrates constituit colloquium ad Alcibiadem, et ipse ait principia perfectionis ex suî ipsius contemplatione pendere, non jam ires inficias quòd hinc et omnibus perfici properantibus incipiendum. Etenim unusquisque nostrûm, plus vel minus ipsis detentus est passionibus quibus etiam Cliniæ filius. Nàm ignoramus nos ipsos natalitiâ quâdam oblivione occupati, et perturbatione specierum vitæ rationis expertium perculsi; necnon arbitramur nosse quæ ignoramus propter rationes, quæ secundùm essentiam nobis insunt (*), et eodem egemus auxilio ut et superfluam opinionem à nobis ipsis amoveamus, et congruam nobis curationem adhibeamus.

Quod igitur anteire debeat cognitio suî ipsius omnem aliam speculationem et universam, ut ita dicam, philosophicam [*] doctrinam,

[*] Gog. *Philosophi.* Hic et aliàs uspiàm.

(1) Ignoramus quidem nos ipsos, quoniam oblivione geneticâ occupati sumus atque irrationalium specierum vitæ perturbatione perculsi; existimamus autem intereà cognoscere multa quæ ignoramus, quoniam rerum rationes essentiæ nostræ innatas habemus. *M. F.*

σεως, ἀλλὰ καὶ ὅτι πρώτην ταύτην (*) ὁ Σωκράτης καταβάλλεται συνουσίαν πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τὰς ἀρχὰς τῆς τελειώσεως ἐκ τῆς ἑαυτῶν θεωρίας ἠρτῆσθαι λέγων, οὐκ ἂν ἔτι διστάσειας, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πᾶσι τοῖς τελειωθῆναι σπεύδουσιν ἀρκτέον. Καὶ γὰρ ἡμῶν ἕκαστος καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐναργέστερον ἢ ἀμυδρότερον, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχος παθήμασιν οἷσπερ δὴ καὶ ὁ Κλεινιεῖός ἐστι· καὶ γὰρ ἀγνοοῦμεν ἑαυτοὺς ὑπὸ τῆς γενεσιουργοῦ λήθης κατεχόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς ταραχῆς τῶν ἀλόγων εἰδῶν τῆς ζωῆς ἐκκρουόμενοι, καὶ οἰόμεθα πολλὰ γινώσκειν ὧν ἀγνοοῦμεν διὰ τοὺς κατ' ουσιαν ημῖν ἐνυπάρχοντας λόγους, καὶ τῆς αὐτῆς δεόμεθα βοηθείας, ἵνα τῆς τε περιττῆς οἰήσεως ἀποστήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιμελείας τύχωμεν.

Ἀλλ' ὅτι μὲν προηγεῖσθαι δεῖ τὴν ἑαυτοῦ (**) γνῶσιν παντὸς ἄλλου σκέμματος καὶ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς φιλοσόφου θεωρίας, εἴρηται. Τάχα δ' ἄν τις ἡμῖν ἐπιτιμήσειεν

(*) A. deest ταύτην.
(**) A. ἑαυτῶν. Gog. *Sui ipsius.*

οὕτω προχείρως τὸν σκοπὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦτον εἶναι τιθεμένοις, ἐπεὶ καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ κλεινῶν ἐξηγητῶν λόγοι, προθέσεις οἱ μὲν ἄλλας, οἱ δὲ ἄλλας, αὐτοῦ γεγράφασιν. Οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην ἂν ἐμαυτὸν, εἰ τὸ τελεώτατον ἐν τῷ διαλόγῳ καὶ ἐπιστήμης μείζονος δεόμενον, καὶ πάντων περιεκτικὸν τῶν προβλημάτων ὅρον, τοῦτο τὸ τὴν οὐσίαν ἡμῶν καὶ ἐκφαῖνον ἥ τις ἐστι, καὶ διὰ πάντων τῶν κεφαλαίων διατεῖνον τὰ δεύτερα καὶ ἀτελέστερα καὶ μερικώτερα, σκοποὺς ποιησαίμην τοῦ προκειμένου συγγράμματος; Οὔτε γὰρ ἐπὶ μόνον τὸν Ἀλκιβιάδην ἀναφέρειν προσήκει τὴν τοῦ διαλόγου πρόθεσιν, ὥς τινες ὑπέλαβον (ἡ γὰρ ἐπιστημονικὴ θεωρία τὸ κοινὸν ὁρᾷ, καὶ τὸ διατεῖνον ἐπὶ πᾶσαν τὴν ὁμοίαν ἕξιν) οὔτε τὰ ὄργανα τὰ διαλεκτικὰ προτείνειν ὡς σκοποὺς τῆς συνουσίας, οἷον τὴν προτροπὴν, ἢ τὴν μαιείαν, ἢ τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' ὁρᾷν εἴ τι καὶ ταῦτα τέλος ἀνατείνεται· οὔτε ἀποστάντας τῶν προκειμένων σκεμμάτων, ἐπ' ἄλλας οὐσίας οὐδὲν ἡμῖν προσηκούσας θείας ἢ δαιμονίας μεταφέρειν τὴν ζήτησιν

fecimus exploratum. Sed fortè quispiam nos abjurgabit, adeò prompte finem Alcibiadis hunc esse ponentes, quùm et aliorum multorum et clarorum interpretum rationes, aliæ quidem hanc intentionem, aliæ verò aliam ipsius esse scripserunt. Verumtamen an puderet meipsum, si gravissimum dialogi et scientiæ majoris egentem terminum, et omnia problemata continentem, scilicet essentiam nostram quænam sit ostendentem, et per omnia capita pertinentem posteriora, minora et magis particularia, pro fine constituerim Platonici dialogi? Neque enim in solum Alcibiadem referre oportet dialogi propositum, ut quidam existimant; (scientiæ enim ratio et natura communia semper spectant et quæ porriguntur in omnem similem habitum) neque organa dialectica prætendere tanquàm colloquii fines; ut hortationem vel suadelam [1], vel vituperationem; sed videre in quem etiam hæc finem referantur; neque abesse à propositis speculationibus, aliasque in essentias ad nos nihil attinentes, divinas vel dæmonicas

[1] Versio lat. hic et ubique pro suadelâ, *furorem* habet; quodquidem in Græco Codice, de quo Gogava vertebat, pro μαιείαν, μανίαν arguit. *M. F.*

transferre quæstionem, (proprium enim oportet esse primo philosophicæ contemplationis instituto finem hujus colloquii, quoniam et Socrates nunc primùm juveni ait accedere) nec omnino aliud ullum propositum fingere et moliri dialogi, hoc relicto, cui attestatur et ipse Socrates. Si enim oportet ut omnem aliam speculationem præcurrat cognitio suî ipsius, quonam pacto primæ congressionis alius erit finis ullus convenientior [1], quàm se ipsum cognoscere? Adhortationes igitur et dehortationes, vituperationes et suadela et laudes et exprobrationes pertinet ad ea, sine quibus non [2]. Sine his enim non est nosse se ipsum, sed opus est adhortatione quidem ad verè bonum, dehortatione autem à verè malis, suadelâ et quasi obstetriciâ arte, ut mens rectas sententias ipsa ferat [3]; vituperatione in expiationem ignorantiæ du-

[1] Gog. *Magis intentus.*

[2] Id est ad summum argumentum dialogi. Quo in loco tetrior cod. lat. scripta hæc tantum sublegere dedit: *rationem tenent causarum sine quibus non est.*

[3] Haud satis rectè habet versio Gogavæ : *In primam aciem non perversorum verborum.* Vid. annot.

(οἰκεῖον γὰρ εἶναι δεῖ τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῆς φιλοσόφου (*) θεωρίας τὸν σκοπὸν, ἐπεὶ καὶ ὁ Σωκράτης νυνὶ πρῶτον φησὶ τῷ νεανίσκῳ προσελθεῖν) οὔθ' ὅλως ἄλλην τινὰ πρόθεσιν ἐπισκευαστὴν μηχανᾶσθαι τοῦ διαλόγου, ταύτην ἀφέντας, ᾗ μαρτυρεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Σωκράτης. Εἰ γὰρ παντὸς ἄλλου σκέμματος δεῖ προηγεῖσθαι τὴν ἡμῶν αὐτῶν γνῶσιν, πῶς ἂν τῆς πρώτης συνουσίας ἄλλο ἄν τι γένοιτο τέλος σκοπιμώτερον τοῦ γνῶναι ἑαυτούς; Προτροπαὶ τοίνυν καὶ ἀποτροπαὶ καὶ ἔλεγχοι καὶ μαιεῖαι, καὶ ἔπαινοι καὶ ψόγοι τῶν (**), ὧν οὐκ ἄνευ, λογον ἐπέχουσιν. Ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔστι γνῶναι ἑαυτόν· ἀλλὰ δεῖ προτροπῆς μὲν ἐπὶ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, ἀποτροπῆς δὲ τῶν ὄντως κακῶν· καὶ μαιείας μὲν εἰς τὴν προβολὴν τῶν ἀδιαστρόφων λόγων· ἐλέγχου δὲ

(*) Λ. φιλοσοφικῆς. Gog. *Philosophi.*

(**) Τὸν uterq. cod. Verùm Hermias in commentario ad Phædrum his habet similia : τὸ ὑλικὸν ἐπὶ πλέον πόῤῥω ἐστὶ τοῦ κυρίως αἰτία εἶναι· τῶν γὰρ, ὧν οὐκ ἄνευ, λόγον ἐπέχει. P. 116. *Phædrus cum Hermiæ commentario*, Ed. Astio. Lipsiæ 1810. Vid. Annot.

εἰς τὴν κάθαρσιν τῆς ἀγνοίας (*) τῆς διπλῆς· καὶ ἐπαίνου μὲν εἰς τὴν οἰκείωσιν τῶν τελειουμένων· ψόγου δὲ εἰς τὴν ὠφέλειαν αὐτῶν καὶ τὴν θεραπείαν ἐν οἷς πράττουσι κακῶς. Ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς (**) τελεταῖς καθάρσεις ἡγοῦνται, καὶ περιῤῥαντήρια καὶ ἁγνισμοὶ, ἃ τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις δρωμένων καὶ τῆς τοῦ θείου μετουσίας γυμνάσματά εισιν (***), οὕτω μοι δοκεῖ καὶ φιλόσοφος τελεσιουργία προκαθαίρειν καὶ προπαρασκευάζειν εἰς τὴν ἑαυτῶν γνῶσιν καὶ τὴν αὐτοφανῆ τῆς οὐσίας ἡμῶν θεωρίαν τοὺς ἐπ' αὐτὴν στελλομένους.

Ὥστε σκοπὸς μὲν οὗτός ἐςι τοῦ διαλόγου καὶ οὐκ ἄλλος. Τῶν δὲ ἐν αὐτῷ δεικνυμένων τὰ μὲν προηγεῖται, τὰ δὲ ἐπακολουθεῖ τῇ προθέσει ταύτῃ, καθάπερ συμπεράσματα τῷ τέλει τούτῳ συνηρτημένα. Προηγεῖται μὲν γὰρ ἡ τῆς διπλῆς ἀγνοίας ἀπόθεσις (****), καὶ ἡ προτροπὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἕπεται δὲ ἡ τῆς ἀρετῆς καὶ ἡ τῆς εὐδαιμονίας ἐπίδειξις, καὶ ἡ τῶν πολλῶν τεχνῶν κατάγνωσις, ὡς ἀγνοου-

(*) B. ἀνοίας.
(**) A. αὐταῖς τελεταῖς. Gog. *in sacris.*
(***) A. desunt γυμνάσματά εἰσιν.
(****) A. ὑπόθεσις. Gog. *depositio.*

plicis; et laude in conjunctionem et familiaritatem perficiendorum ; et demum exprobrationibus in adjumentum ipsorum et curationem, in quibus malè agitur. Quemadmodum igitur in sacris purgationes præcedunt, et lavacra et purificationes, quæ eorum quæ in arcanis fiunt (1), et divinæ participationis præludia sunt; ita mihi videtur philosophica initiatio antepurgare et præparare ad suî ipsius cognitionem et per se apparentem nostræ substantiæ contemplationem, eos qui ad ipsam tendunt.

Quare hæc planè sit dialogi sententia et intentio , et non alia ; eorum vero quæ in ipso ostenduntur quædam præcurrunt , alia vero consequuntur, quemadmodum conclusiones ab hoc fine pendentes. Præcurrit enim ignorantiæ duplicis depositio, et adhortatio et quæcunque hujusmodi; deindè sequitur virtutis et felicitatis quæ sint , demonstratio ; et multarum artium [2] deprehensio, tanquam

[1] Versio Gogavæ hæc modò : *et in divinam participationem*. Nempè ut codex Græcus A.

[2] Cod. habet *cognitio*. Vid. annot.

ignorantium et se ipsas et sua, et omnia simpliciter; et multa ejusdem modi in fine dialogi collocantur. Accommodatissimum [1] autem et proximum intentioni totius congressionis, est cognitio suî ipsius. Itaque et si quis dicat dialogi finem esse nostrî curationem, et hujus cognitionem, ponit quidem recte; sed intelligat quòd ex his quæ demonstrantur hunc quidem finem, hoc bonum nobis esse convenit: nosse verò se ipsos illud est quod quæritur problema, et cujus gratiâ omnes syllogismi. Aliud enim foret intentionem nosse dialogi; aliud, et bonum, quod pendet è tali proposito. Oportet igitur, quemadmodùm aliàs dicebamus de dialogis, unumquemque habere (2) quæ et cuncti; et esse aliquid ordinatum in ipsis, quod bono quidem refertur aliquid verò menti, et aliquid animæ, et aliquid phantasiæ (3), et aliquid subjectæ naturæ (4). Dicatur igitur et hìc assimilari divino per suî ipsius curationem bono quidem referri; menti verò, nosse se ipsos; animæ verò, multitudinem demonstratio-

[1] Gog. *Perfectissimum.* Forte habuit τελεώτατον.
[2] Sic quidem Gog. melius verò fortasse: *Unumquemque esse sicut et summa cunctorum.* Vid. annot.
[3] Gog. *Formæ.* Vid. annot.
[4] Scilicet, ipsi materiæ, ut videre est infrà.

σῶν καὶ ἑαυτὰς, καὶ τὰ αὑτῶν, καὶ πάντα ἁπλῶς· καὶ ὅσα τούτου τοῦ εἴδους ἐπὶ τέλει τοῦ διαλόγου συγκατασκευάζεται. Τὸ δὲ τελικώτατον αὐτὸ καὶ σκοπιμώτατόν ἐστι τῆς ὅλης συνουσίας ἡ θεωρία τῆς οὐσίας ἡμῶν. Ἐπεὶ καὶ εἴ τις λέγει τέλος εἶναι τὴν ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ταύτης γνῶσιν τῷ διαλόγῳ, τίθεται μὲν ὀρθῶς· ἐννοείτω δὲ ὅτι τοῦτο μὲν ὡς τέλος καὶ ὡς τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχειν ἡμῖν ἐκ τῶν ἀποδεικνυμένων προσήκει· τὸ δὲ ζητούμενόν ἐστι πρόβλημα καὶ οὗ ἕνεκα πάντες οἱ συλλογισμοὶ, τὸ γνῶναι ἑαυτούς. Ἄλλο γὰρ ἦν τὸν σκοπὸν γνῶναι τοῦ διαλόγου καὶ τὸ ἀγαθὸν ἄλλο, τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης προθέσεως. Δεῖ οὖν, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις εἴπομεν περὶ τῶν διαλόγων, ἕκαστον ἔχειν ἅπερ καὶ τὸ πᾶν, καὶ εἶναι τὸ μέν τι τῷ ἀγαθῷ τεταγμένον ἀνάλογον ἐν αὐτοῖς· τὸ δέ τι τῷ νῷ· τὸ δὲ τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ τῷ εἴδει· τὸ δὲ αὐτῇ τῇ ὑποκειμένῃ φύσει. Λεγέσθω δὴ οὖν καὶ τούτοις, τῷ μὲν ἀγαθῷ τὸ ὁμοιωθῆναι τῷ θείῳ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελείας ἀναλογεῖν· τῷ δὲ νῷ τὸ γνῶναι ἑαυτούς· τῇ δὲ ψυχῇ τὸ πλῆ-

θος τῶν ἀποδείξεων τῶν εἰς τοῦτο ἀγουσῶν ἡμᾶς, τὸ συμπέρασμα καὶ πᾶν, ὡς εἰπεῖν, τὸ συλλογιστικὸν τοῦ διαλόγου· τῷ δὲ εἴδει λοιπὸν ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως καὶ τῶν σχημάτων καὶ τῶν εἰδέων (*) ἡ πλοκὴ, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς λεκτικῆς ἐστι δυνάμεως· τῇ δὲ ὕλῃ τὰ πρόσωπα, καὶ ὁ καιρὸς, καὶ ἡ καλουμένη παρά τισιν ὑπόθεσις. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν παντὶ διαλόγῳ· τὸ δὲ προκείμενον, σκοπὸς μέν ἐστι τῷδε τῷ συγγράμματι τὸ γνῶναι τὴν οὐσίαν ἡμῶν· ταύτης δὲ τῆς γνώσεως ἐρασταὶ τυγχάνομεν ὄντες, ἵνα τῆς ἑαυτῶν τύχωμεν τελειότητος. Καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς αἰτίοις αὐτοῖς ὁ νοῦς ἐξήρτηται (**) τοῦ ἀγαθοῦ, οὕτω δὴ καὶ ἐν τούτοις τὸ ζητούμενον ἐν τῷ διαλόγῳ συνέζευκται τῷ τέλει τῆς συνουσίας· τέλος δὲ ἐστιν ὅπερ εἴπομεν. Ταῦτα καὶ περὶ τῆς προθέσεως ἡμῖν ἀναγεγράφθω προαποδείξασιν ὡς ἄρα ἐντεῦθεν ἀρκτέον τῆς ἑαυτῶν τελειώσεως, ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν καθαρᾶς γνώσεως. Ἀρχὴ δὲ ἐστιν οὗτος ὁ διάλογος ἁπάσης φιλοσοφίας, ὥσπερ δὴ καὶ ἡ ἑαυτῶν γνῶσις· καὶ διὰ τοῦτο (***) πολλῶν μέν

(*) A. ἰδεῶν. (**) A. ἐξήρηται. (***) A. τούτων.

num nos in id ducentium, ordinem consequentiarum et omne, ut ita dixerim, syllogisticum dialogi; phantasiæ deinceps dicendi modum, ornamentorum et figurarum [1] nexum, et quæcumque alia ad dicendi vim pertinent; materiæ autem personas et tempus et quæ apud quosdam appellatur fictio [2]. Quæ omnia in toto dialogo reperiuntur; quod verò ad illius propositum pertinet [3], nullum certè aliud est quàm essentiam nosse nostram; hujus autem cognitionis cupidi sumus, ut propriam consequamur perfectionem. Et sicut in causis ipsis pendet à bono mens, ita et quod quæritur in hoc dialogo fini congressionis mirè congruit; finis autem hujus congressionis est quem diximus. Hæc igitur de proposito dialogi nobis scripta sint, cùm jàm ante demonstratum à nobis fuerit hìnc inchoandam suî ipsius perfectionem, scilicet à suî ipsius purâ cognitione. Initium verò est hic dialogus universæ Philosophiæ, quemadmodum et suî cognitio; et propterea multorum est in ipso

[1] Cod. *Idearum*, ut et cod. Græcus A. Vid. annot.

[2] Cod. *hypothesis*. Vid. annot.

[3] Hæc supplevi omissa in codice. An rectè, vid. annot.

theorematum dispersa traditio, multorum etiam moralium, et eorum quæ nobis in totam de beatitudine speculationem conducunt, purgatio; tum multorum in phisiologiam et in veritatem de ipsis rebus divinis nos ducentium dogmatum expositio, ità ut in hoc dialogo omnis philosophiæ communis et una et integra descriptio quasi comprehendatur, per ipsam primam nobis in nosmetipsos [1] conversionem apparens. Atque mihi videtur etiam hanc ob causam divinus Iamblichus primum ei dare locum et ordinem in decem dialogis in quibus putat totam Platonis contineri Philosophiam, tamquam præcollectâ in hoc semine universâ illorum enarratione. Quinam verò sint illi decem, et quo pacto ipsos conveniat ordinare, et quomodo in duobus posterioribus [2] contracti sint, olim alibì expedivimus.

[1] Gog. *in se ipsam* ut Cod. Græc. A.
[2] Gog. *in duobus post ipsos.* Vid. Annot.

ἐςι (*) λογικῶν ἐν αὐτῷ θεωρημάτων κατεσπαρμένη παράδοσις· πολλῶν δὲ ἠθικῶν καὶ τῶν πρὸς ὅλην ἡμῖν τὴν περὶ εὐδαιμονίας ἐπίσκεψιν συντελούντων ἀνακάθαρσις· πολλῶν δὲ εἰς φυσιολογίαν, (**) καὶ τὴν περὶ αὐτῶν τῶν θείων (***) ἀλήθειαν ἡμᾶς ποδηγούντων δογμάτων ὑποτύπωσις· ἵν᾽ ὥσπερ ἐν τούτῳ τῷ διαλόγῳ πάσης φιλοσοφίας ἡ κοινὴ καὶ μία καὶ ὁλοσχερὴς ὑπογραφὴ περιλαμβάνηται δι᾽ αὐτῆς τῆς πρώτης ἡμῖν εἰς ἑαυτοὺς (****) ἐπιςροφῆς ἀναφαινομένη. Καί μοι δοκεῖ καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος τὴν πρώτην αὐτῷ διδόναι τάξιν ἐν τοῖς δέκα διαλόγοις ἐν οἷς οἴεται τὴν ὅλην τοῦ Πλάτωνος περιέχεσθαι φιλοσοφίαν, ὥσπερ ἐν σπέρματι τούτῳ τῆς συμπάσης ἐκείνων διεξόδου προειλημμένης. Οἵτινες δὲ εἰσὶν οἱ δέκα καὶ ὅπως αὐτοὺς προσήκει τάττειν, καὶ ὅπως ἐν τοῖς δύο τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς συνήρηνται, προηγουμένως ἐν ἄλλοις πεπραγματεύμεθα.

(*) B. deest ἐςί.

(**) B. ἡ antè καί. Deest in A. nec non in Gog.

(***) A. αὐτῶν τῶν θεῶν. Gog. *rebus divinis.*

(****) A. ἑαυτήν.

Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ ταῦτα μετρίως ὑπέμνησθαι, περὶ τῆς τοῦ διαλόγου διαιρέσεως μετὰ ταῦτα λεκτέον. Εἰσὶ δέ τινες οἳ κατὰ τὸ λεκτικὸν αὐτοῦ ποιούμενοι τὴν τομὴν, εἰς ἔπαινον καὶ ἔλεγχον καὶ προτροπὴν καὶ μαιείαν αὐτὸν διῃρήκασιν· ἐπαίνου μὲν δεῖσθαι λέγοντες τὸν φιλόσοφον, ἵν᾽ οἰκειώσηται τὸν νέον· ἐλέγχου δὲ, ἵνα καθήρῃ τῆς περιττῆς οἰήσεως· προτροπῆς δὲ, ἵνα ἀνεγείρῃ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς αὐτὸν μετουσίαν (*)· ἀποτροπῆς δὲ, ἵνα τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς δημαγωγοὺς ὁμοιώσεως ἀποστήσῃ, καὶ τοῦ ζήλου τοῦ πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει μέγα δυναμένους· μαιείας δὲ, ὅπως ἂν αὐτὸν ἐγκαλέσηται πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς τε ἀνθρωπίνης φύσεως καὶ τῆς πρεπούσης ἐπιμελείας τῇ τοιαύτῃ φύσει. Καὶ λέγουσι μέντοι διαιροῦντες εἰς ταῦτα τὸν διάλογον· οὐ μέντοι ὅσονγε οἷόν τε. Περὶ γὰρ τὰ τρίτα ἀπὸ τῆς ἀληθείας διατρίβουσι, καὶ περὶ τὰ ἔσχατα φιλοπονοῦσι καὶ τῶν ὀργάνων ἅπτονται· τῆς δὲ τῶν πραγμάτων ἀπολείπονται διαρθρώσεως. Ἕτεροι δὲ αὖ τούτων σεμνότεροι, τὸ μὲν λεκτικὸν ὅπῃ (**) ποτὲ

(*) A. Deest αὐτὸν. Gog. *Ipsum.*
(**) A. ὅποι pro ὅπῃ.

